

569

60,2

DISSERTATIO THEOLOGICA INAVGVRALIS

DE

S V P E R B I A
E I Q V E
OPPOSITA HVMILITATE
CHRISTIANA

QVAM

ANNVENTE SVMMO NVMINE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO II

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.
CONSENTIENTE SVMME VENERABILI
THEOLOGORVM ORDINE

PRO LOCO ET GRADV

AD DIEM IIII MART. CCCCCCLXVIII
PVBLICAE ACADEMIAE PROCERVM DISQVISITIONI
SUBMITTIT

CAR. GVILIELM. ROBERT

S. S. THEOLOGIAE PROF. ORD. ET ALVMNORVM

PRINCIPALIVM EPHORVS

RESPONDENTE

DANIELE THEODORO CNYRIM

CASSELLIS - HASSO.

MARBVRGI

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA MÜLLERIANA,



DISSERTATIO THEOLOGICA IN VAGABUNDIS
DE
SUPERBIA
MORAE
OPPOSITA HUMILITATE
CHRISTIANA
—
GRADUS
VANAVENTE SUMMO NAMINE
RECOTORIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO AC LOTIENTISSIMO PRINCIPIS
AC DOMINO
DOMINO ERIDERICO II
HASSEAGE LANDGRAVIO ETC
CONSENTRIENTI SUMMIS SEPARABILI
THEOLOGORUM ORNIS
PRO LOCO ET GRADA
AD DIEM IIII MARII CLXXXCVIII
HABITACE ACADEMICARUM PROCESSIONI PRIMA
SAPIMENTI
CAR. GAITER. ROBERT
S. THEOLOGIE PROF. ORD. ET ULTIMO MARCH
PRINCIPALIA HONORIS
RESPONDENTIA
DANIEL THEODORO CURIUS
CASSELLI - HASSE
MARBURGI
EX OFFICINA THEOGRAPHECA MULIERINA
+ + + + +

SERENISSIMO CELSISSIMO
AC
POTENTISSIMO PRINCIPI
ET DOMINO
DOMINO
FRIDERICO II
HASSIARVM LANDGRAVIO
PRINCIPI HERSFELDIAE COMITI
CATTIMELIBOC! DECIAE ZIEGENHAINAE
NIDDAE SCHAVMBVRGI ET HANOVIAE
PERISCELIDIS MAGNAE BRITANNIAE
ORDINIS EQVITI
RECTORI ACADEMIAE MARBURGENSIS
MVNIFICENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
SVO LONGE CLLEMENTISSIMO.

SERENISSIME
ATQUE
POTENTISSIME PRINCEPS!
PATER PATRIAE!

FRIIDERICOO II

HASSIARVM LANDGRAVIO

PRINCIPALVM HERSTELLERIBVS COMITI

X quo mihi, Tuis sub auspiciis, PRINCEPS

CLEMENTISSIME! publici Doctoris
munere in Academia Marburgensi fungi licuit,
nihil prius nihil antiquius habui, quam vt Au-
ditoribus meis et per eosdem, Imperio Tuo
Subditis, illas instillarem veritates, quibus prae-
ter spem futurae et aeternae felicitatis, praesens
etiam atque terrena, omni procul dubio, nititur
tranquillitas. Quas inter cum fuga Superbiae
eique oppositae humilitatis virtus, facile prin-
cipes

MO LONGE CLEMENTISSIMO.

cipes sint, neque fieri queat, ut vel iustitia ad-
ministretur vel ordo seruetur, nisi superbia su-
blata, humilitas hominum animos occupauerit:
ad vtramque delineandam eo lubentius accessi,
quo maiori flagram cupiditate, non solum
muneri meo quavis ratione satisfaciendi, sed
simul omnibus veri amantibus, quid valeant Sa-
crae litterae ad noscendam curatius Superbiam,
Societati inimicissimam, ostendendi. Quae
cum ita sint, nullus dubitaui, quin TIBI inpri-
mis, *Primitias basce Academicas*, ea, qua
par est animi deuotione, dicarem, TIBI, in-
quam, CVI magis nihil curae cordique est,
quam vt Salus Patriae, quam Patris instar gu-
bernas, sarta teclaque maneat, omni tempore.
Scilicet non poteram non existimare, GRATIA
TVA TE illos dignaturum omnes, qui pro
suo modulo vitaeque conditione, toti in eo
sunt, vt labores suos studiaque sua ad MA-
GNVM TVVM EXEMPLAR, quod eos vel
tacite officii sui commonefacit, quantum fieri
potest, componant.

Qua

CAROLAS GALLIEWS ROBERT.



Quia Spe freto, Commentationem hancce
eiusque Auctorem, TVAE commendare liceat
CLEMENTIAE. Ego, vero Sumimum, quod
Omnes Mortales regit atque moderatur, Nu-
men, ardentissimis rogo precibus, velit TE,
omnibus illis cumulare beneficjis, ex iquibus
spem concipere queat Patria Carissima, fore ut
in posterum quoque gubernetur quam felicissime.
Quod vehementius etiam optat

SERENISSIME
POTENTISSIME PRINCEPS

AC
AIT CELSISSIMI NOMINIS TVI
Dabam Marburgi. Catorum ipsis
kalend. Mart. 1668.

DEVOTISSIMVS CVLTOR

CAROLVS GVILIELMVS ROBERT.



PROOEMIVM.

§. I.

Quotidie fieri solet, ut homines vel otiosi vel mali, cum de proximo iudicant, hunc, alia inter vitia, quae ipsis tribuunt, superbiae quoque accusent. Qua accusatione, si fuerit vera, quid potest cogitari grauius; si falsa, quid proximo ignominiostus! Sacrae enim litterae, cum de hoc vito loquuntur, eiusmodi id pingunt coloribus, qui cuius, non omni boni maliue sensu defituto, horrorem incurunt maximum. Quodsi praeterea homines ipsis, rudiores etiam ac plebeii, gradus peccatorum et vitiorum vel ex principiis vel casu quodam determinant, superbiam communi quasi ore grauissima inter vitia non solum numerandam esse statuunt, sed eum quoque, qui funesto hoc animi morbo laboret, omnium bonorum contemtu, quam maxime dignum existimant. Scilicet praesentire videntur, si ynquam aliud, hoc in primis vitium, de iuribus, quae omnibus mortalibus communia sunt,

A



PROOEMIVM.

Sunt, derogare, superbumque eodem modo esse deprimentum, quo se se Deum supra hominesque extollere studet. Non mirum itaque, si proverbio conuenienter: per quod quis peccat, per id punitur et idem: contemtus sequatur contemtum. Quem si quis vitare, poenaque superbis omnibus a Deo minata liberari voluerit, naeis, quid sit superbia, et quos funestos producat effectus, eo citius discat oportet, quo certius est, nullum vitium hominem aequa facile impedire, quo minus animi sui statum noscat, et a morbis quibus laborat, moralibus, sanetur. Est nimurum aliquid in ipsa superbiae natura, cui haec tenebrae suam debent originem. Id ipsum vero curatius deinceps exponemus.

§. II.

Addimus aliam eamque non minus, grauem, quae nos ad scribendum de superbia impulit, rationem. Experientia quotidiana nos commonefaciebat, aliis superbiae crimen a nemine citius faciliusque imputari, ac quidem ab ipso illo, cuius animum, teterimum hocce vitium occupabat. Ab hoc in primis characteres varios huius vitii proponi et ad alios applicari, contradictorios vero etiam quam plurimum falsosque proferri. Quantum vero detrimenti peruersa eiusmodi iudicia illis omnibus adferant, quorum corda, ab hocce vitio libera, idem cane peius et angue detinat, vel me non monente satis superque patet! Qui enim his intersunt colloquiis, nec de veritate dictorum iudicare valent, in posterum optimas hominum actiones pessime interpretabuntur, confortium eorum fugient, imo impedient, quo minus, coepitos suos ad Dei gloriam et reipublicae salutem labores, absolv-

PROOEMIVM.

3

absoluere possint, veriti, vt ne ipsorum conatus, dum superbiam alant, de aliorum simul derogent iuribus. Ex quibus facile est intelle^ctu, quantum boni cuiusuis inter sit, vt veri ac genuini superbiae characteres omnibus fiant cogniti, superbique horrore illorum perculsi, superbiam ipsam, si fieri potest, odio in posterum prosequantur; humiles vero, horum nullum in semetipsis repe rientes, habeant, in quo conscientia tuto acquiescere possit, si quod saepissime contingit, inter superbos a superbis referantur.

§. III.

At characteres hosce inuenire veramque huius vitii notionem sibi et aliis formare, naturam denique et originem huius vitii mediaque, quibus sanari possint superbi, indicare, hoc opus, hic labor est! Testes aduocamus varios diuersorum Autorum de superbia conceptus, qui modo sibimetipsis contradicere, modo ~~versus~~ nec cum sacris litteris, nec cum ipsa rei natura satis confentre videntur. Quod animaduertentes et quantum simul referat, vt, si unquam aliud, hoc maxime vitium recte noscat, perpendentes, non dubitauimus, quin is forsan dictis meliora proferre posset, qui sepositis omnibus aliis magistris, ad solam configureret Sacram Scripturam, et quid sit superbia ex ea quaereret (a). Etiamsi enim

A 2 non

(a) vid. b. MOSHEM. Sit die Stellen der Schrift, worin tenlehre der heiligen Schrift sie befohlen wird, und die Tom. IV. p. 385. Es würde Exempel der Demuth, die uns so viele Uneinigkeit und Irrthum in der Lehre von der mehr als unsre eigene Einbildung, zu Rathe zögen. Demuth (addo von dem Hochmuth) nicht seyn, wenn wir



4
PROOEMIVM.

non simus nescii Sacras nostras litteras non continere
quasi catalogum omnium definitionum moralium; quo-
tidie tamen magis magisque intelleximus, attentum quem-
uis, beneque dispositum h. e. ad noscenda sua officia pa-
raturum lectorem, facilius certiusque, quod ab ipso exigat
Deus, ex hocce, quam ex quoquis alio libro addiscere
posse. Nec mente, suo, quod sibi antea iam formauit,
systemate, hinc praeiudicatis opinionibus plena, codicem
sacrum consuluiimus, sed, si quid res est, fateri oportet,
iamiam nobis responderat idem, antequam eum interro-
gare in animo habebamus. Varia enim obseruare lice-
bat loca, quorum ope, non solum multi multorum de
superbiae vito, conceptus, falsitatis manifesto argueban-
tur, sed quae nos etiam veram huius vitii eique opposi-
tae virtutis naturam, eo clarius edocebant, quo certius
est, S. S., dum non nudis definitionibus, abstractisque
notionibus, sed exemplis, ad veram nos informat pietat-
em, optima vti methodo. Has igitur obseruationes,
cum beneuolo atque indulgenti lectore eum in finem
communicabimus, vt, veritati si conformes deprehen-
dantur, appareat, quid SS. litt. *de superbia eique opposita*
humilitate (liceat ita loqui) credere iubeant. Quo facto
cogitationes nostras qualescumque de origine superbiae
aeque ac humilitatis Christianae et de reliquis ad utram-
que pertinentibus in medium proferre liceat. Quum ve-
ro, et illae obseruationes et cogitata principiis quibus-
dam nitantur, quae cum generalissima sint, et nonnisi
difficulter reiicienda, Sacrae litterae, non indicant sed
sumunt: tractationis ordo require videtur, vt ea ante
ponamus, quam opus ipsum aggrediantur. His itaque
principiis *caput primum* destinamus; in *secundo*, obserua-
tiones

PROOEMIVM.

tiones illas exegeticas; in *tertio* denique nostram de superbia et humilitate Christiana theoriam, proponemus. Ne autem, aliquid omisisse videamur quod commentationem nostram utilem magis ac foecundam reddere possit, in *notis*, quae circa aliorum conceptus monenda esse existimamus, diligenter ac modeste adferemus.

CAPVT PRIMVM

**QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD
QVAE IN SEQVENTIBVS PROVOCANDVM
ERIT, CONTINET.**

§. IV.

Quum homo duplici potissimum ratione considerari a nobis possit, vel *physice* (b) vel *moraliter*: ad metaphysicos et physicos pertinet constitutionem eius *physicam*, ad Ethicos vero, Scriptores *moralent* hominis *constitutionem* indagare. Quae posterior, cum aequa ac *physica* alio sensu *naturalis* etiam vocari possit et absque *physica* hominis constitutione plene intelligi nequeat: facile intelliget lector, prouocandum nobis esse ad vtramque, quoties scopus noster postulauerit, vt illam ex hac curatius explicemus.

§. V.

Neque vero, qui de morali hominis natura scripserrunt, antiqui et recentiores, omnes constitutionem eius

A 3 natu-

b) De *physica* hominis constitutione dum loquor, non de *physica corporis* tantum, sed *animae* etiam intelligi volo, vo-

cemque adeo in sensu generalissimo, quem tantum non omnes eidem hodie tribuere solent, sumo.

6 CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

naturalem a morali satis distinxerunt (c); neque verum illum indicarunt characterem, quo semel reperto, nemo, hominem esse ens morale, inficias ire poterit. Prioris vitii, si vnquam alias, *Heluetius* certe accusari debet. Etiamsi enim Auctor in libro, cui titulus, *de l'Esprit* (d) magnam prae se ferat, rei moralis cognitionem, librumque suum vel ideo quam maxime commendet: quiuis tamen attentus et extra partes constitutus lector, facile animaduertet, *sensibilitatem illam* physicam, de qua idem tot verborum ambagibus loquitur, et ex qua omnes actiones et virtutes aequae ac vicia deriuare studet, nonnisi partem aliquam illius constitutionis esse, quam hominis *conformationem naturalem* nominare liceat. Nec ex hac sola atque vnica *sensibilitate*, vera moralitatis natura intelligi potest, nisi et bruta, quae eadem quoque praedita sunt, entia moralia vocare volueris. Accedit, *HELVE TIVM* in tota sua tractatione, homines, non prout agere possint, debeantue, sed quomodo quotidie agunt,

et in-

(c) Praeter Cl. wottrivm in den vernünftigen Gedanken von der Menschen Thun und Lassen, huc referre liceat recentiores autores, de physica animae optime omnino promeritos v. g. Cl. SVLZERV M dans sa nouvelle Theorie des Plaisirs, avec des réflexions sur l'origine des Plaisirs par Mr. Kaestner 1767, cuius commentatoris partes quatuor priores et absque additamentis Magni Kaestneri inuenies

quoque, in der Sammlung vermischter Schriften zur Förderung der schönen Wissenschaften und der freyen Künste des fünften Bandes, ersten Stücke, Berlin 1762. Cum qua commentatore conferri oportet die Philosophischen Schriften, (von Moses Mendelsohn) d. ersten Theil, Berlin 1761.

(d) Vtor edit. quae prodit a. 1759.

et instinctus, quos sequi solent, considerare (e). Idem fere, quod HELVETIO, omnibus illis accidisse puto. Scriptoribus moralibus, qui totum Ethics Systema, non nisi sequelis actionum humanarum, quibus homo, in quo natus et positus est statu, conseruetur vel in meliorem ac perfectiorem, collocetur (f) vel quibus denique alii perfectiores et feliciores reddantur, superaedificarunt (g), ita ut *bonitatem actionum naturalem* cum *moralitate* earundem manifesto misceant, atque bruta, quippe (vt cum magno Warburtonio loquar (h)) ex quorum actionibus, sequelae eiusmodi bona vel malae oriri etiam solent, in numerum entium moralium tacite quoque referant. Nec tandem illos verum moralitatis characterem indicare arbitramur, qui cum BAILIO (i) existimant, eam in

e) vid. in primis T. 2. p. 70. 108.

f) Nemo non videt me de Cl. WOLFO et eius affectis praeferit loqui.

(g) ANGLOS aliquando ita loqui audio, ac si tota hominis constitutio moralis in idoneitate alias feliciores reddendi consistat.

(h) vid. der göttl. Sendung Mosis ersten Th. S. 68. Aus den *Wirkungen einer Handlung* kann die *Moralität* derselben nicht entstehen, denn wenn ein gewirktes und hervorgebrachtes Gute oder Böse eine Handlung *moralisch* mache-

te; so würden die unvernünftigen Thiere, aus deren Handlung beydes erfolgt, eine Moralität haben.

(i) dans la continuation des pensées diverses p. 758. cit. Warburt. S'il y a des règles certaines et immuables pour les opérations de l'entendement, il y en a aussi pour les actes de la volonté. Les règles de ces actes là ne sont pas toutes arbitraires : il y en a qui émanent de la nécessité de la nature et qui imposent une obligation indispensable. (At! quid tunc fieri de libertate, quam ad constitutionem hominis

§ CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

in conuenientia cum sanae rationis edictis consistere. Primo enim adhucdum quaeritur, num omnia quae ratio cognoscit, an quaedam tantum huc referenda sint? Quis autem illud affirmauerit, cum multa cogitet atque intellegat ratio, quibus moralis hominum constitutio niti nequit. Dein etiam quaeri potest, num cuiusuis hominis ratio, an vero ratio in abstracto sumta, moralitatem actionum constituat? In vtroque casu autem plane intelligi nequit, cur homini, necessitas non autem *physica*, sed *moralis* (quam quiuis de moralitate loquens, cogitare solet,) imposita sit, vel suae, vel rationis in abstracto sumtae dictaminibus obtemperandi, vnde BAILIVS etiam (k) modo quidem de necessitate quadam, (quae tamen adhucdum quaeritur) modo errorem suum quasi sentiens, de quadam *decentia*, quae creaturam rationalem ad audiendam rationem impellat, loquitur; ad quae WARBURTONVS (1) vero respondet, ex ista conuenientia, actionum libe-

minis moralem necessariam esse, ita ut sine ea, neque detur actio moraliter bona et mala, neque villa imputatio, neque adeo virtus villa aut virtutum, locum habere possint, quilibet concedet facillime. Observandum autem, BAILIVM cum aliis manifesto inter se miscere obligationem *physicam*, et *moralem*, cui posteriori soli nomen *obligationis*, vere atque proprie conuenire existimo. Pergit autem BAILIVS !) La

plus générale de ces règles-ci est, qu'il faut (vtrum necessitate *physica* an vero *moralis*?) que l'homme veuille ce qui est conforme à la droite raison -

(k) Il n'y-a point de vérité plus évidente, que de dire, qu'il est digne de la créature raisonnable de se conformer à la raison, et qu'il est indigne de la créature raisonnable de ne se pas conformer à la raison,

(1) Aus der Natur einer Hand-

IN SEQVENT. PROVOC. ERIT, CONTINET. 29

liberarum cum ratione aliud nihil, quam *rationabilitatem*, vt ita loquar, actionum sequi, non vero earum *moralitatem*. Praeterea etiam, posita hac *BAILIANA* opinione, intelligi sane nequit, quomodo, qui rationem non excolluerunt, quomodo, inquam, homines rustici aliquie iis similes, quos nemo non, tunc in primis, cum ab iisdem laeditur, pro entibus moralibus habere solet, hoc nomine compellari possint. Ipse autem *WARBURTONVS* cum aliis statuit (m) voluntatem diuinam, principium atque fundamentum esse, omnis moralitatis. Quamvis itaque libenter concedamus, hominem, Christianum in primis, voluntati diuinae conuenienter agere debere, intelligere tamen non possumus, cur ei suas actiones *liberas* conformare *debeat* homo, priusquam alio modo, eum esse ens morale, cui haec incumbat *necessitas*, euictum fuerit. Per moralitatem nimur intelligimus, hominis ad *virtutem dispositionem naturalem*, quae regulam aliquam supponit constantem neque in hominis tot tantisque mutationibus obnoxii, arbitrio, positam, neque, ab iis,

Handlung kann die Moralität nicht entstehen; denn sie ist entweder vernünftig oder unvernünftig, und daraus folgt weiter nichts als eine *Rechtmäßigkeit* (mallem dicere Vernunftmäßigkeit,) wenn man eins thut, und eine *Ungereimtheit*, wenn man das andre thut.

(m) p. 75. et 76. Hätten sich aber beyde Partheyen ge-

fallen lassen, den natürlich menschlichen Unterschied der Dinge, so zu erwegen, wie auf beyden Seiten gestanden werden muss, dass er erwogen werden solle, nemlich: *Als eine Regul und Richtschnur, welche Gott seinen vernünftigen Creationen gegeben, um sie dadurch zur Erkenntniß seines Willens zu bringen:* so wäre der Streit zu Ende gewesen.

B



io CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

quae extra hominem sunt, pendentem, ita vero compa-
ratam, ut hominis libertas, quam optime cum ea con-
fistere possit. Hanc vero quiuis facilis negotio deteget, ad
differentiam iustum inter et iniustum attendens, cuius
ideam ita nobis impressit Sapientissimus atque Sanctissi-
mus creator, vt eam ad tempus equidem obscurare, obli-
terare autem penitus non possimus. Quae idea, quam
cum PRICE (n) simplicem nominabimus, hominem ad
agendum seu non agendum immediate, impellit, ita ta-
men, ut libertatem eius, quam manifesto supponit sal-
uam relinquat, hominemque ad veri nominis virtutem
idoneum reddat, quae quippe sine vera libertate ne co-
gitari quidem potest (o). Ex ea igitur intelligi posse exi-
stimus.

(n) vid. Review of the prin-
cipal Questions and Difficulties
in Morals by Richard Price
London 1758 p. 59. Tis a ve-
ry necessary previous observa-
tion, that right and wrong de-
note simple ideas cert. cert.

o) Nemo ignorat, quanta
animi contentione olim et no-
stra etiam aetate, de libertate
disputauerint Philosophi, eo
quidem successu, ut multis ad-
hucum sub iudice lis esse vi-
deatur, competitne homini
an vero caret eadem. Non
ergo ii sumus, qui in hac a-
tot tamque praeclaris viris agi-
tata quaestione arbitri perfo-
nam in nos susciperis et defini-

re quasi audeamus, vtrum
ciusmodi libertas quam LEIB-
NITZVS et eius affectae de-
fendunt, eo nomine digna sit,
an vero negari debeat, libe-
rum esse ens illud, quod spon-
te quidem agat, sed tamen vel
ideo e necessitate quadam in-
terna, quod representationi-
bus intellectus conuenienter,
non possit non sese ad agen-
dum vel non agendum deter-
minare, ita, ut subiectum a-
gens, secundum omnes, in
quibus positum est, circum-
stantias internas et externas
agere oporteat, prout actu
agit. Atqui in veritatis regno
ad personas non respiciendum!
Liceat

IN SEQVENT. PROVOC. ERIT, CONTINET. 11

stimamus, cur homo sit ens morale, vnde etiam, ad eam, in omnibus quaestionebus moralibus, si solide ad

B. 2. eas

Liceat igitur nobis, cogitationem qualemcumque, ea tamen modestia, quam aliis in commentatione nostra commendamus, in medium proferre, quae, si assensum eruditorum meruerit, non nobis, sed veritati, sed virtuti ipsi, gratulabimur. Scilicet cum ad diversas illas notiones, quas sibi de libertate formare solent, philosophi, ad locum etiam in quo de ea disputant, et ad usum loquendi denique, curatius attendamus: animaduertimus, fieri aliter non posse, quam ut sibi metipis contradicerent iidem; aliisque, sensu interno eos erudiente, libertatem homini concederent, alii vero, sensu illo neglecto nec tamen negato, contrarium assenserent. Quando enim homo physice tantum consideratur, ad regulas a natura prescriptas ita eum ad strictum obseruabimus, ut ne latum quidem vnguem ab iis discedere queat. Non mirum igitur, si, qui ad has regulas attenderant, liberum esse hominem, negauerint! Vtrisque vero ob-

seruare licuisset, in ideam libertatis ingredi aliquid moralis, adeo ut de libertate in psychologia agere non possis, nisi antea dispositionem hominis moralē ei constitutione animae eiusdem naturali erueris. Qua semel posita, sensus internus atque experientia quemuis edocebunt, posse agere hominem eodem momento et etiam non agere conuenienter ideaे iusti et iniusti, ita ut, quod pro recto habeat, patrare, sed etiam simul omittere, et contra agere et non agere queat, quae prava seu iniusta esse cognoscit. Quae cum negari non possint, facultate praeditum esse eundem affirmare oportet, sponte aut absque villa necessitate interna agendi, facultate inquam, qua tota de imputatione, virtute cert. doctrina nititur, et quae, si de usu eiusdem sermo sit, omnino limitata atque vario modo impedita deprehenditur, ex quo homo, ad prauia, quae sensibus atque imaginationi, quorum imperio subeft, placent, praesertim inclinat, vnde

12 CAP. I. QVOD PRINCPIA QVAEDAM, AD QVAE

tas respondere voluerimus, confugiendum. Nec probatu difficile est, percipere posse atque sentire quasi, omnes quotquot ratione praediti sunt, homines, differentiam illam, etiam si, in quo consistat eadem, vltius nec explicari possit, nec debeat, si hoc sensu totum moralitatis aedificium superstruere volebat, Sapientissimum Numentum (p). Quod cum ab aliis solide iam fuerit ostensum atque

de libertas eiusdem, (*salua vel maxime manente doctrina de imputatione cet.*) eatenus recte amissa atque adeo restituenda dici potest. Sed has aliasque conclusiones, alio loco ac tempore!

(p) vid. Cl. MICHAELIS Praeceptoris atque Fautoris mei, aeterno honoris atque obsequii cultu prosequendi: Gedanken über die Lehre der heiligen Schrift von der Sünde cet. Hamburg 1752 auf der 13 S. Eben, so wie es uns in der Naturlehre geht, so finden wir es auch in der Rechts- und Sittelehre. *Recht* und *Unrecht* sind einfache und erste Begriffe, die wir nicht weiter entwickeln können. Wir wissen, daß sie von *nützlich* und *schädlich*, von *liebenswürdig* und *verhaft*, unterscheiden sind: wir fühlen gleichsam, daß *Recht* und *Unrecht*

nicht einerley ist: allein wir können weiter keine Merkzeichen anführen, wodurch wir sie unterscheiden. Et p. 18 seqq. §. 7. Der wesentliche Unterscheid des Rechts und Unrechts ist zwar mit so unauflöschlichen Buchstaben in unser Herz geschrieben, daß es uns ohnmöglich ist, ihn völlig zu vergessen. Ein jeder Mensch, auch den nicht ausgenommen, der entweder keinen Gott, oder doch keine Strafe der Sünden glaubet, fühlt einen Vorwurf in seinem Herzen, wenn er einem andern ein offenkundiges Unrecht thut, und ihn ohne Ursache beleidigt. Die meisten theoretischen Gottes-Verleugner bestreben sich dennoch dessen was wir *Recht* und der Lateiner *honestum* nennen, und zwar nicht blos um ihres Nutzens willen, sondern weil ihnen

atque demonstratum, mirari non desineremus, qui fieri possit, vt pseudo philosophi quidam, hominem rationis vsu gaudentem, hac idea carere, vel ideo affirment, quod gentes, quae hanc terram incolant diuersae, diuersas etiam de eo quod iustum iniustumue sit, sibi formauerint notiones, mirari, inquam, non desineremus, hunc argumentandi modum, nisi veri etiam nominis philosophi, de ea plerumque vel filerent, vel tam ambigue de caloquerentur, vt, quid per eam intelligent, aut plane tibi

B 3 non

nen das Recht an und für sich selbst schön und das allzu offbare Unrecht hassenwürdig vorkommt. Wer aber auch mit Verläugnung aller Religion ein verruchtes Herz verbindet, der wird sich dennoch heimlich einige Vorwürfe machen, wenn er ein allzu offbares und schreiendes Unrecht begehet, und er wird suchen, sich vor seinem eigenen Herzen zu entschuldigen. Zeigt dieses nicht an, daß er eine innere Empfindung von Recht und Unrecht hat? Selbst der, welcher den Unterscheid des Rechtes und des Unrechts leugnet, wird dennoch diese innere Empfindung haben. Es wird ihm eben so gehen, als einem theoretischen Zweifler, der an seinem eigenen Daseyn, oder zum wenigsten an allen Dingen außer sich zweit-

felt: ob dieser gleich vorgibt, der Schmerz sey nichts, das Feuer oder der bloße Degen der auf ihn gezogen ist, iey nur eine Einbildung und ein Hirngespenst, so wird er dennoch eine Abneigung haben in den blosen Degen zu rennen oder seine Hand in das Feuer zu halten, und wenn er auch gleich, aus einer thörichten Begierde, seine Grillen zu rechtfertigen, die Hand in das Feuer hielte, so würde er doch gewiss empfinden, was Schmerz sey, ob er es gleich leugnete. Eben so wird auch jener einen geheimen Schauder und Schaam vor dem empfinden, was ein allzu entseßliches Unrecht ist. Legantur etiam sequentia, quibus demonstratur, omnes vel iniuitos, debere differentiam iustum inter atque iniustum concedere.

14 CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

non constet, aut cogitare etiam possis, existimare philosophos hosce, edocere sensum illum quemuis quid in quoouis casu iustum vel iniustum sit, cum potius non solum ex diuersis illis gentium de iusto et iniusto opinionibus, sed etiam ex curatore huius ideae consideratione, discere potuissent, singuli, aliis principiis atque ideis adhucdum opus esse, ex quibus, tanquam totidem propositionibus minoribus constaret, quid sit iustum illud et iniustum, quod maior vel iubeat vel vetet. Quae cum ita sint, facile etiam est intellectu, quantum idea illa et ex ea oriundus, iusti iniustive sensus, ab illo differat, quem Angli sensum moralem appellare solent. Audiamus vero Hutchesonum ipsum (q) acerrimum eius defensorem, quod teste, sensus iste it eo confistere debet, ut homo quis, imme-

(q) vid. the System of moral philosophy by Francis Hutcheson vol. I. p. 58. There is therefore as each one by close attention and reflexion may convince himself, a natural and immediate determination to approve certain affections, and actions consequent upon them; or a natural sense of immediate excellence in them, not referred to any other quality perceptible by our other senses or by reasoning. When we call this determination a sense or instinct, we are not supposing it of that low kind dependent on bodily organs, such as

even the brutes have. It may be a constant sedler determination in the soul itself, as much as our powers of judging and reasoning. And tis pretty plain that reason is only a subservient power to our ultimate determinations either of perception or will. The ultimate end is settled by some sense, and some determination of will: by some sense we enjoy happiness and self-love determines to it without reasoning. Reason can only direct to the means; or compare two ends previously constituted by some other immediate powers.

immediate excellentiam quarundam animi inclinationum et exinde ortarum actionum percipiat, etiam si ratio neque earundem naturam, neque sequelas antea considerauerit. Quemadmodum vero eiusmodi sensum moralem, gravitate argumentorum, quae contra eundem ab aliis iam prolata sunt, moti, admittere non possumus (r): ita simul cuius clarum esse arbitramur, in eo vel maxime differre hunc sic dictum sensum moralem a sensu iusti et iniusti, quod illius impulsu discernere debeat quiuis aetiones singulas moraliter bonas a malis et v. v. cum contra iusti et iniusti, qua praediti sumus idea, hoc ipsum discrimen haec tenus quidem relinquit indeterminatum, nos tamen ad illud alio modo querendum, eo fortius impellat, quo viuidior fuerit ipsa (s). Quodsi itaque de modo quaestio sit, quo idea illa admoniti, iustum ab iniusto discernere queamus, eodem nobis instrumento opus esse, respondebimus, quo quid in quoquis casu contradictorium sit, nec ne, cognoscere solemus. Sicuti nimirum *ratio*, *principium contradictionis* demonstrare equidem nequit, et tamen principia in promptu habet, quibus, quid sibi contradicat vel non, detegere potest: ita, etiam si, quid sit *iustum iniustum in genere*, rationi, vterius explicare, datum non sit, facile tamen principia generaliora, forsitan quoque principium aliquod generalissimum inueniet, quo, cum idea iusti et iniusti collato, in singulis casibus decidere queat, homo rationis vsu gaudens, quid liceat

(r) vid. praeter Price cuius librum, supra iam indicauimus, B. HEILMANNI, prolusionem de sensu, quem dicunt morali Goettingae, 1759 ed.

(s) Non igitur negauerim oriri sensum posse in nobis sensum aliquem moralem, rationis imperio autem subiiciendum.

16 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

liceat agere vel non. *Quum itaque ratio consulat homini, vt naturali rerum constitutioni semper agat conuenienter (vnde oritur conformitas actionum cum sana ratione sive earum decentia aut etiam pulchritudo) et vel ideo iusti iniustiae regulam animo diuinitus impressam, in omnibus sequatur actionibus: extra omnem positum esse videtur dubitationem, moraliter bonum vel malum esse quicquid naturali rerum hominum constitutioni vel conuenit, vel contradicit.* Scilicet idea illa seu regula nititur constitutione hominum naturali seu quod idem est, a *natura* edocemur, dari differentiam aliquam iustum inter et iniustum; quicquid igitur naturae conforme, *iustum* simul, *iniustum* contra sit necesse est, quod eidem contrariatur. Si enim illud non *iustum* hoc non *iniustum* esset: sequeretur, vt naturae conuenienter viueret ille, qui contra naturam ageret. Quod cum sit absurdum, restat, vt omne illud pro *iusto* et *contra* reputemus, quod naturali rerum hominumque constitutioni, conuenit vel non. Ex quo porro concludimus, non rationi solum conforme atque decens et pulchrum, sed iustum rectumque etiam esse, vt constitutione nostrae aliarumque rerum conuenienter agamus; vnde oritur *obligatio moralis*, quae nobis *libertatem* quidem non adimit, sed potius supponit, agendi vel non agendi, nunquam autem permittit, vt, (quod, si de *actionibus* mere *physicis* sermo est, fieri potest,) regulam actionum nostrarum pro lubitu mutemus, et *quid* agere *quidue* omittere oporteat, ipsi determinemus. Hinc primam atque generalissimam in re ethica, regulam hanc esse existimamus: *fac, ideae iusti iniustiae conuenienter, quae constitutioni tuae et aliarum rerum naturali conueniunt.*

§. VI.

S. VI.

Quodsi nunc vltius in constitutionem hominum naturalem inquiramus, omnium primo obseruare licebit, connatum esse homini *impetum ad felicitatem* (t), cuius existentia, quam quiuis non potest non sentire, demonstratione non indiget, circa eius naturam vero ante omnia monendum, quod omnes hominum actiones ex eo quoque sint deriuandae, nec vnquam agere eosdem, nisi huic impulsui conuenienter, ita vt ne vilam quidem sive liberam sive aliam quamcunque patrent actionem, quae non instar medii ad propriam suam felicitatem vel procreandam vel conseruandam considerari debeat. *Deinde* impetus iste, nos, non solum, quae, corpus vel animam nostram dolore afficiunt, cane peius et angue fugere docet, sed vltius etiam quasi progrediens, nec in statu quodam indifferentiae nos vivere sinens, iubet potius, vt omnibus animi corporisque viribus in id incumbamus, quod mentem laetitia, corpus voluptate implet (u). Obseruandum tertio, appetitui illi non illas solum inseruire facultates, quibus a bestiis discernimur, sed illas quoque, quae nobis cum iis communes sunt. Hinc eundem a prima infancia ad senectutem et mortem usque sentimus, tunc

(t) Per *felicitatem* intelligo seriem sensationum gratiarum, quas ab ingratis confuse tantum discernere, nec vltius explicare possumus. Distinguo felicitatem et *infelicitatem a fortuna et infortunio*, cum teste experientia, non omnes fortunati aequae felices sint cert.

(u) Cui obseruationi non contradicit, quod teste experientia dentur sic dicti phlegmatici. Quodsi enim hi quietem amant et omnem actionem vitare videntur, felicitatem ipsorum in quiete consilere dicendum, qua amissa, se infelices factos, clamare solent.

C

18 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

tunc etiam, cum ratione non vtimur; ex quo iterum apparet, nos impulsu*m* istum recte et veritati conuenienter, pro primo actionum humanarum principio habere. Vnde etiam discrimen notatu*m* dignissimum oritur, felicitatem inter, quae a sensibus et imaginatione, corporisque instinctibus pendet, et eam inter, quae ab intellectu et ratione aliisque facultatibus mentis sic dictis *superioribus* originem ducit. Quod discrimen augetur etiam, si, dum ratio, qua caetera animalia carent, in futura penetrat tempora, vi instinctus ad felicitatem, non solum felicia eadem, sed *statim* etiam atque eodem momento certi esse cupimus, nos felicitatem illam praeuisam, consecuturos esse. Quae obseruatio nos ad aliam, eamque magni momenti, immediate dicit, hanc nimur quarto huius ad felicitatem appetitus esse naturam, ut ipsi quoquis momento satisfaciamus, maiorem etiam atque vehementiorem futurum eundem, quo maiora vel praeuiderit ratio vel suspicata fuerit impedimenta (x). Vnde vis eius atque efficacia patet, qua fieri potuit communis quasi fons atque principium, omnium, quae a creaturis patrantur, actionum. Quum denique omnes creaturae rationales, maioris quotidie felicitatis videantur capaces, nec eandem adipiscendi occasionem nobis praeripuerit benignissimum Numen, sed varios potius, ad eam consequendam, hac etiam in terra,

(x) conferri meretur HEINRICVS HOMB cuius liber: Grundsätze der Critick: ab omnibus legendus, qui curatiorem, ac plerumque fieri sollet, sibi formæ cupiunt ideam operationum animæ, huma-

næ; notetur in primis quod ad scopum nostrum facit caput 2dum T. I. in quo præclarus iste auctor de commotionibus atque passionibus animæ agit.

terra, aperuerit fontes, praeterea quoque coelestia et semper duratura, nos iusterit sperare gaudia: facile intelligemus, animam nostram immortalem desideratram esse felicitatem, quae sit et *intensiu*e et *extensiu*e maxima. Omnia igitur in eo conspirant, vt instinctui ad felicitatem, primum locum inter principia a naturae Autore, homini eum in finem impressa, vt ad agendum impellatur, concedamus. Ex quibus appetet conuenienter non solum esse *ideae iusti iniustiu*e, vt hunc instinctum sequamur, sed secundum etiam in omni re morali principium esse, *fac ideae iusti iniustiu*e conuenienter, quae felicitatem tuam et *intensiu*e et *extensiu*e maximam possint promouere.

§. VII.

Quum vero, teste experientia, innumerà, ea que diuersa admodum media dentur, quibus, nos illi impulsu satisfacere posse, solemus existimare: consulet non solum ratio, homini felicitatis verae adipiscendae cupido, vt sua aliarumque rerum constitutioni naturali, agat conuenienter, cum tunc demum finem sibi propositum consequi possit; sed idea illa iusti vehementius etiam postulabit, vt se *ipsum* inprimis in omnibus suis actionibus liberis ducem sequatur. Tantum quoque abest, vt, si huic regulae conuenienter actiones nostras determinauerimus, praemii expertes maneamus, vt potius appetitui nostro ad felicitatem *intensiu*e et *extensiu*e maximam fieri nequeat satis, nisi ad eiusdem normam vixerimus. Est nimirum idea illa sic comparata, vt qui eam sequantur ducem, eodem modo remunerentur, quo qui in genere constitutioni sua naturali conuenienter agunt, sensu afficiuntur grato. Gratissima enim sensatio quaedam a natu-

20 CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

rae Auctore, cum omnibus illis actionibus fuit connexa, quas ad ducentum illius ideae patramus, cum contra raedio etiam atque dolore affici soleamus, quotiescumque nos ei non conuenienter egisse, obseruauerimus. Habetque dolor ille acris aliquid, quod si (quemadmodum fieri solet,) aliquando perdurauerit, ad desperationem hominem ducat (y) cum contra etiam voluptas, quae sensum illum comitur, tam sit suavis, vt cum alia vix comparari possit.

§. VIII.

Ex quibus sequentia deducimus corollaria : *Primum*, non *naturalis* solum seu *physicae*, sed *moralis* quoque felicitatis capacem esse hominem. Quia in re, cum a ceteris animalibus differat, nae illi nihil egerunt, qui antiqua et recentiori aetate, post-habita felicitate morali, de mediis multa cogitarunt atque scriperunt, quibus homo felix euadere possit. Vnde *secundo* inferimus, hominem, illi ad felicitatem *intensiu*e et *extensiu*e maximam, impulsui, satis nunquam facturum, nisi, tunc quem appetitus iste fuerit excitatus, ad ideam illam iusti et iniusti attenderit. Ad *intensiuam* enim felicitatem requiritur, vt tot tamque suaves, ac quidem simul fieri potest, sensationes in nobis excitemus. Quodsi igitur libere acturi, ad ideam

(y) Huc pertinent verba Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Cur tamen, *inquit*, hos tu Euafisse putas, quos dira conscientia facti Mens habet attonitos, et surdo verbere caedit Poena autem vehemens ac multo saeuior illis Quos et Caedirius grauis inuenit, aut Rhadamantus Noete dieque suum gestare in pectore testem.

ideam iusti et iniusti non attenderimus, nos ipsi parte quadam felicitatis possibilis (§. VII.) priuamus, in dolorem etiam degeneraturae, si, quas patrauimus actiones, fuerint prauae. Eriamsi enim tunc temporis, ideae illius nobis non amplius concii fuerimus, aliter tamen in hoc casu fieri nequit, quam ut dolor sequatur voluptatem, cum, qui constitutioni suae naturali, quod iubet idea illa, non egerit conuenienter, iam citius, iam tardius, sit experturus, naturae nos absque proprio danno resistere non posse. Ponamus vero, ideam illam nondum ita quasi absconditam esse, ut non admonitiones ipsius aliquando audires; dupli iam infelicitate obrutum te esse senties, simulac eadem denuo fuerit detecta. Quodsi denique felicitatem naturalem et moralem secum inuicem comparauerimus, hanc illa maiorem esse animaduertemus facillime. Illa enim felicitas, maxima procul dubio meretur nomen, quae purioribus e sensationibus atque duraturis etiam fuerit composita. Sed nulla, siue ab anima (z) siue a corpore pendeat, felicitas, tam suauiter animum nostrum afficit, quam quidem supra de felicitate morali obseruatum fuit. Neque datur gaudium ullum, quod eandem duratione antecellat, cum haec a tempore i. e. a rebus extra vel intra nos positis, ordine quodam

C 3 sibi

(z) Perfectionis intuitum suauiter animum afficere extra omnem dubitationis aleam posuerunt. Auctores supra indicati, imperfectionis contra, tandem procreare. Atqui sumus entia finita, omnesque, quibus praediti sumus vel esse possumus perfectiones, limitibus suis

non carent. Nullam igitur perfectionem in nobis detegere possumus, absque intuitu aliquius imperfectionis. Voluntas igitur, quae, perfectionem nostram si intueamur, oritur, cum taedio aliquo semper coniuncta manet, nec adeo pura appellari meretur.

22 CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

sibi inuicem succedentibus, plane non pendeat, sed quo-
tiescunque actiones rectas iustasue in memoriam nobis
reuocare voluerimus, in omne aeum a nobis etiam gu-
stari queat (a). Ex quibus, ab aliis forsan singulatim et
abunde iam demonstratis, nobis concludere liceat, ho-
minem ad hanc inprimis felicitatem destinatum esse, nec
fieri posse, vt maiores sibi vnuquam procuret. Quam-
quam igitur, impulsus noster ad felicitatem fortissimus
fuerit, ipsius tamen interest, vt ad differentiam iustum
inter et iniustum attendamus, de mediis cum sermo fue-
rit, quibus felices nos reddere copiamus. Quodsi non
fiat, idem ille impulsus, ad felicitatem nostram procrean-
dam nobis connatus, maximaer erit occasio infelicitatis.
Hinc quantum referat, patet, vt ideam illam sedulo fo-
ueamus atque indies magis viuidam reddamus. Debili-
tari enim teste experientia et sensim quasi supprimi potest,
quod non continget, si naturae eiusque Autori conue-
nienter, ad normam eiusdem vixerimus quotidie.

§. IX.

(a) Ne dicam, studium au-
gendi perfectiones nostras,
hac in terra cum aliqua mo-
lestia semper esse coniunctum,
obseruari tamen meretur, o-
mne aliud felicitatis genus,
vel ideo felicitatem moralem
superare non posse, quod ea-
dem purissimam illam volu-
ptatem, quae procul dubio e
cognitione veritatis indies ma-
iori, oritur, multum quoque
antecellat. Quum enim intel-

lectus noster sit finitus, seque-
tur, vt, quo plura cognoue-
rit, eo clarius atque distinctius
animaduertere debeat, quanta
sub nocte nostra iaceat dies;
quibus tenebris dispellendis ne-
que aeternitas ipsa sufficiet,
cum fieri nequeat, vt intelle-
ctus finitus omnes veritates ea-
rumque inter se inuicem ne-
xum, vel tandem ipsum Deum,
vnuquam completestatur.

§. IX.

Quemadmodum vero hominem a suo creatore, quoad corpus et animam, ita formatum esse credimus, vt vtriusque vires atque facultates in felicitatem eius conspirent atque consentiant, vnde illas etiam, quae a dispositione ista necessario pendent, corporis animique, si vterque in statu suo naturali fuerit, actiones, ad illum scopum collineare, videamus: ita quoque iam supra a nobis obseruatum vel suppositum fuit, fieri posse, vt homo propria sua determinatione hunc scopum vel promoueat, vel impedit etiam et quasi vanum reddat, ex quo oritur differentia inter *actiones naturaliter bonas et malas; conseruationem etiam inter et destructionem dispositionis naturalis.* Nunc porro addimus, augere etiam posse numerum realitatum suarum hominem, earumque consensum s. quod nobis vnum idemque est, perficere eum posse semetipsum, imo *impetu quadam ad perfectiouem ferri, cuius existentiam et cum felicitate nostra intimum nexum philosophi demonstrarunt, licet de origine eiusdem diversimode cogitauerint* (b). Nos itaque illam merito supponentes, de hac etiam pro instituti nostri ratione, nihil in medium proferre possumus, si hoc vnum excepteris, quod existimerus, impetum illum, sine impulsu ad felicitatem plene concipi non posse, licet, lubentes simul concedamus, ex hoc solo, illum nec posse nec debere etiam explicari. Quibus breuiter praemissis, facile est ad intelligendum, esse iustum etiam s. rectum, vt felicitatis cupi-

(b) Conferri merentur s. v. l. limitibus virium animae humanae, modo in vi repraesentativa, absque limitibus suis considerata, quaeri solere.

24 Cap. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

cupidi, impulsui illi ad perfectionem faciamus satis, qui quippe totus nitatur constitutione nostra naturali. Quandoquidem vero felicitas, ad quam homo destinatus videatur intensue et extensue maxima, plene concipi nequeat, nisi, quid ad eam faciat moralis constitutio, simul intellexerimus: obseruandum primo, vires atque facultates morales nobis congenitas omnes ad felicitatem nostram moralem conseruandam, eodem modo collineare, quo vires atque facultates mere naturales in felicitatem nostram conspirant. Deinde vero sciendum, nos vires eas atque facultates eadem ratione perficere posse, qua id circa vires et facultates naturales obseruatum fuit. Vnde etiam numerus *iurium nostrorum*, quae nemo non, inter *praecipuas facultates agendi morales* referre solet, augeri potest.

§. X.

Quum itaque impulsus ad felicitatem, nobis connatus, non ab arbitrio nostro, sed potius constitutione naturali pendeat: rectum s. iustum etiam est, ut hunc a natura, eiusque Autore, intentum finem nostrum faciamus, eumque omnibus viribus, mediisque omnibus promouere studeamus. Quodsi igitur intellexerimus, *amorem* in genere in eo consistere, ut illius, quem pro instrumento felicitatis nostrae habemus, fines tanquam nostros reputemus, atque mediis omnibus, ad illos ducentibus, vtamur (c): mox etiam animaduertemus, naturali non solum, sed morali etiam nostrae constitutioni, magis nihil congruere, quam ut nosmetipsos amemus. Qui *amor nostri* sic dictus *moralis* ab *amore proprio* sollicite distinguen-

(c) Debemus ex parte hanc eiusdem Anweisung verläufig definitionem Cl. CRYSIO vid. tig zu leben p. 148 §. 125.

guendus, cum uterque, prouti deinceps videbimus, manifesto a se inuicem differat, et Sacrae litterae etiam (vid. notam §. 14.) utrumque discernere soleant, et denique maxima, teste experientia, ex huius discriminis negleguntur, oriuntur difficultates, periculose etiam futurae, si homines ad normam principiorum suorum quotidie cogitarent et agerent. Quod vero proprius ad huncce amorem nostri attinet, de mediis ante omnia, dispiciendum, quibus ei faciamus satis. Etenim dantur multi, qui ut finem hunc a natura edoctum consequantur, mediorum, dummodo, in praesentiarum felices euadant, incurii media in finem conuertunt, vnde nata est distinctio amorem inter *animalem* et *ratiōnalem* (die thierische und die vernünftige Selbstliebe.) Verum enim vero, cum amor iste, non naturali hominis constitutione solum, sed moralis in primis etiam nitatur, media quoque, ad finem suum ducentia, huic dispositioni debent esse conformia, ut ne fine intento frustretur. Quemadmodum igitur *amor naturalis*, si fuerit simul *ratiōnalis*, veras perfectiones, apparetibus; *maiores*, *minoribus* semper praeferet: ita, *amor* etiam *moralis*, easdem sequetur regulas. Utterius autem quasi progreendi, felicitatem, quam intendere etiam debet moralem, mediis quoque moraliter perfectis, promouebit. Nunquam ergo ea nobis agere permitte, quae nostris facultatibus moralibus contrariantur, easdem contra feruare, imo, quantum per sensum iusti et iniusti fieri potest, perficere atque augere studebit. Quandoquidem vero aliquando, neque media neque occasio, nosmetipso, *physice* perfectiores reddendi, desint, *moralis* autem *perfectio* impedit, quominus mediis ipsis, ut possimus, tunc amor nostri moralis nos iubebit, ut exceptionem a perfe-

D

ctione

26 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

Etione mere naturali faciamus (p. h. §. et ante:). Hinc quantum intersit, appareat, vt instinctum ad perfectionem, etiam ad normam ideae iusti atque iniusti dirigamus, omnique attentione animique sollicitudine caueamus, vt ne impulsus ille ideam iusti et iniusti debilitet, quod eo citius tamen fiet, quo saepius nobis videri posset, a partibus huius impulsus, non *impetum ad felicitatem* solum stare, sed *ipsam quoque rationem*, quae vires simul sumtae atque vnitae, fortius necessario agere et operari debent. Quo facto, felicitas nostra, licet ad tempus fuerit maxima, postea tamen eo certius, turbabitur, quo magis extra omnem dubitationis aleam positum est, nullam dari maiorem hominis felicitatem, ac quidem illam, quam *moralement* nominare solemus.

§. XI.

Ad hanc autem, vti in praecedentibus iam monuimus, imprimis pertinet, vsus illarum facultatum moralium, quae alio nomine *iura* audiunt. Dantur autem duplicitis generis iura, sollicite a se inuicem discernenda, ad quae vt curate attendatur, velim. Alia nimirum, vt cum HUTCHESONIO (d) loquar, sunt *naturalia* quae cuique competit, per ipsius naturae constitutionem, nulla interueniente humana inuentione, institutione, pacto aut alia actione quacunque. Alia quae *aduentitia* nominari possunt, e quādam

(d) Confer. eius System. p. 293 Vol. I. Private rights of individuals according, to their different originals are either *natural* or *adventitious*. The *natural* are such as each one has from the constitution

of nature itself without the intervention of any human contrivance, institution, compact, or deed. The *adventitious* arise from some human institution, compact, or action,

^{dem} humana institutione, pacto vel actione oriuntur. *Illa*, quae quippe natura hominis nituntur, communi, eo ipso omnibus hominibus *communia* sunt, et vel ideo a singulis sollicite conseruanda nec aduersus ea unquam agendum. Ex quo sequitur, ut nemo iuriis hisce renunciare possit, etiam*s* exercitium ipsorum in alios, saluis iuribus ipsis, transferri queat. Quod vero ad iura sic dicta *aduentitia* attinet, primo experientia teste, ab homine felicitatis suae cupido, p^rae omnibus aliis perfectionibus moralibus appeti solent, cum *viam breuissimam mediaque efficacissimam* ad felicitatem perueniendi monstrant, vnde fit, ut homines, licet in exercitio iurium suorum, aliquando vario modo impediatur, iura ipsa tamen amittere nolint, existimantes nimirum, iura ipsa, quae conseruauerint, pignora esse certissima futurae suae felicitatis, et exercitii eorundem in posterum recuperandi. Hinc videoas etiam, plurimos in acquisitione et possessione iurium quorumvis, totam suam collocare felicitatem. Deinde obseruandum iura illa aduentitia, quaecunque fuerint, de iuribus naturalibus nihil derogare posse, vnde tertio sequitur, iura, quibus forsan gaudemus aduentitia, *iura aliorum naturalia* nec tollere, nec tollere posse, cum haec omnibus hominibus qua talibus sint communia, et naturali ipsorum nitantur constitutione.

§. XII.

Quum itaque amor nostri moralis, omnibus mediis, quibus felicitas nostra moralis promouetur, ut queat et debeat (p. §. 10.): idem etiam nos impellet, ut omnia nostra iura conseruemus sollicite et augeamus quoque, nunquam vero concedet, ut perfectiones morales villas, ne-

D 2

dum

28 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

dum naturales, cum laesione *iurium* proximi *naturalium* acquiramus. (p. §. praeced.) Ex quo apparet, amorem nostri moralem, haec tenus *officia* sic dicta *iustitiae* erga alios nobis imponere, nec *ex propter tantum* omnes laesiones aliis inferendas, prohibere, quod hi, harum laesiorum pertaesit, vim vi repellere, statimque nostrum imperfectiorem in posterum et infeliciorem reddere vellent, sed *vel ideo*, quoniam amor nostri *moralis* ex eodem oritur principio, quod nullo ad perfectionem vel imperfectionem nostram naturalem respectu habito, nos docet, laesiones aliis illatas, ideae iusti et iniusti contrariari.

§. XIII.

Nec tamen amor nostri moralis nos tantum iubet, aliis praestare iustitiae officia, sed potius etiam eos ita *amare* prouti nosmet, ipsos *amanus*. De quo amore, cum multa disputauerint philosophi, nec nostra de amore proprio theoria intelligi queat, nisi prius naturam illius et moralitatem indagauerimus, liceat de eius natura et origine, quaedam in medium proferre, ut quomodo idem cum amore nostri optime non solum consistere, sed eidem etiam, subservire possit, cuius pateat. In genere igitur, experientia duce, obseruamus, omnes, qui sibi de amore confusas etiam nonnisi formant ideas, facile tamen animaduertere solere, magis nihil eidem contrariari ac quidem *utilitatem* sic dictam *priuatam* (die Absicht den befördern und auf uns selbst mit Auschließung anderer eingeschränkten Nutzen zu befördern) nec dari amorem veri nominis ullum atque sincerum, cuius caussa immediata aut si malis scopus non fuerit utilitas aliorum. Hinc illi errasse videntur omnes, qui huic quo alias amplecti debe-

debemus amori, talem assignarunt originem, quae pri-
uatam utilitatem necessario inuolueret. *Heluetio* igitur as-
sentiri nequeo, qui amoreu aliorum ex *amore proprio*
deriuare solet, cum hic tamen, prouti in sequentibus
ostendemus, sit amor in nosmetipso, aliis exclusis, di-
rectus, (vid. §. 14.) praeterea etiam facile sit ad intelligendū, Autorem illum, qui in toto suo libro, *natura-
lem hominis constitutionem*, miscet cum *moralī*, tunc in-
primis, cum de amore aliorum (e) agit utramque a se
inuicem non satis distinxisse. Neque etiam eandem ob
rationem ab illorum partibus stare possum, qui *amorem*
hunc ex impetu ad maiorem perfectionem et felicitatem,
simpliciter deriuant (f), adeoque caussam immediatam,
ex qua oriatur idem, nostram esse statuunt perfectionem
et felicitatem, ex perfectione aliorum, orinndam mai-
orem. | Nec in iis acquiescere licet, quibus alii (g)

D 30q mino oniro inpri-
mōnūt dī mōnūt zōbēwāt
obh rev. tunelle shummo

(e) vid. Tom. 2. p. 97 sqq.

(f) Conf. Cl. WOLFII ver-
nünftige Gedanken von der
Menschen Thun und Lassen
§. 9, 12, 767.

(g) Inter hos referre liceat,
autorem aliquoties iam nomi-
natum, qui posteaquam in par-
te secunda scriptorum suorum
philosophicorum p. 27 demon-
strare conatus est, (quo suc-
cessu alii iudicent!) impetum
ad perfectionem esse primum
omnium, quibus homo prae-
ditus est, instinctuum, ita per-

git pag. 28 sq. Die keinen phi-
losophischen Grundsatz gern
unangefochten lassen, mögen
uns immer vorwerfen, wir
machten auf solche Weise den
Menschen zu einer eigennützi-
gen Geschöpf, indem wir al-
les auf ihn selbst und seine
Vollkommenheit zurückwei-
sen. Ein Vernünftiger lacht
nur über diesen Vorwurf. Es
ist die nehmliche Grille eini-
ger Schwärmer, die sich ein
Gewissen machen, in der Lie-
be zu GOTT Vergnügen zu fin-
den,

30 CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

inprimis Cl. T O E L L N E R V S locis infra allatis
(h)

den, weil sie das höchste Wesen eigennützig zu lieben fürchten. (Haud scio an fatis determinate de hoc mysticorum amore, hic loci locutus sit Autor noster!) Man muss weder wissen, was Liebe noch was Eigennuz ist, wenn man diesen Einfall billiger Wie? liebe ich meinen Freund eigennützig, wenn ich sein Wohl als das meinige betrachte, wenn ich alles Gute, das ihm wiederfährt, mit solchen Augen ansche, als wenn es mir selbst wiedergeführt? (Quare non? fierine enim potest, ut commoda aliorum vel ideo tantum promoueamus atque felicitate ipsorum delectemur, quod existimemus, utramque ad perfectionem et felicitatem nostram *physicam* necessariam esse, ita ut caussi huius amoris nonnisi sit privata virtus? Quo in casu amorem non esse sincerum aut veri nominis amorem lubentes concedimus, sed eapropter etiam aliis principiis opus esse statuimus, e quibus veri amoris aliorum origo ostendi queat, cum solum perfectionis principium

nos ad priuatam utilitatem tanquam ultimum finem actionum nostrarum, non possit non tunc etiam ducere, cum vel maxime aliorum perfectionem et felicitatem pro nostra reputantes, utraque instar medii, vtimur, quo impulsu nostro *physico* & *naturali* ad perfectionem fiat fatus. Audiamus vero, quae addidit p. 29 Autor noster.) Oder glaubt man, der Grundsatz der Vollkommenheit erlaube mir, mich in meinen eignen Besitz einzuschließen und alles umher in eine traurige Wüsteney zu verwandeln, wenn ich nur meine eigene Vollkommenheit befördere? Welche Chimaere! Als wäre eine Welt möglich, in welcher sich ein denkendes Wesen *ejelire* könnte! (Et tamen experientia teste, multi dantur, qui, si eos audias, maioris perfectionis adipiscendae gratia, societatem hominum fugiunt, finemque suum, se alia ratione consequi posse negant, quibus, si responderis cum Autore nostro, non permettere principium perfectionis, ut alias negligant pror,

(h) pro defendenda hac sententia, vñi sunt argumentis.

Etiamsi

prorsus, nae illi, ad idem principium prouocando, multis tibi verborum ambagibus demonstrabunt, se suam cuius capaces sint, perfectionem et aliorum simul promouere non posse, adeo vt illi principio conuenienter, curam sui praeferre debeat, perfectioni aliorum.) Als wenn das Glück meiner Nebengeschöpfe befördern, Gott nachahmen, und alles was um mich ist, so viel ich kann und vermag, vollkommener machen, als wenn die Fertigkeit in der Ausübung des Guten nicht die feligste Vollkommenheit eines denkenden Geschöpfes wäre! (Est omnino, nec tamen e sola perfectionis qua talis idea, intelligi poterit, quare habitus aliis benefaciendi maxima sit creaturae ratione praeditae, perfectio, cum ea indeterminatum relinquat, num consensum plurium seu vt A. nostrar loqui solet, die Einhelligkeit des Mannigfaltigen, in temetipso promouere debeas, an simul etiam in aliis.) Als wenn die wahre Liebe zur Vollkommenheit, neidisch,

unmilde, menschenfeindlich und so schadenfroh seyn könnte, als die Hab und Ehrsucht? (de quanam perfectione sermo est? de qualibet perfectione? Atqui antiquitatum cultorem v. g qui totus sua scientiae incumbit, ita vt aliorum hominum et officiorum erga eos praestandorum fere obliuiscatur, vero perfectionis amore praeditum esse, negari nequit, et idem tamen, sua, ad quam adspirat, perfectionis amor eum impedit, quo minus alios, prout iustum esse sumimus, amauerit.)

(h) vid. JOHANN GOTTLIEB TÖLLNERS kurze vermischte Auffsätze, des ersten Bandes, dritte Sammlung S. 10. Handle zu deiner Vollkommenheit, das heißt, wie gesagt, thue alles, um die Summe deiner Realitäten zu vergrößern, und mit jeder freien Handlung mache eine Realität bey dir wirklich. Aber ein Grund von Realitäten seyn, das ist selbst eine Realität; oder es in andre Worte zu fassen, der Urheber einer Vollkommenheit in andern seyn, ist selbst

32 CAP. II QVOD PRINCPIA QVAEDAM, AD QVAE

Etiamsi enim lubentes concedamus, quemuis, alias *perficien-*
tem, immediate etiam propriam suam augere perfectionem,
dum, quicunque rationem perfectionum seu, ut cum Cl.
TÖLLNERO loquar *realitatum*, in aliis ortarum, rationem suf-
ficientem in se continet, ipso hoc actu, *realitatem* sive
perfectionem in semetipso procreet, ita ut *perfectionem*
aliquam, nominare possis illum, qui Author perfectionis
alterius cuiusdam fuerit: haud scio tamen, an ex hocce
argumento aliud quid concludere possimus, quam nos
igitur alios vel ideo perficere et amare, ad vtrumque et-
iam *obligari*, quoniam amor eiusmodi *nos reddat perfe-*
ciores. Quod *cum*, (si nimirum, prout in re morali
debet, de perfectione morali sermo fuerit) difficile intel-
lectu est, quia fine alio quodam principio vix haec tenus
sensim eam, *ab eis* *mutata* *ad eam* intel-
selbst eine Vollkommenheit:
Und also schliesst der Satz,
handle zu deiner Vollkommen-
heit, die Vorschrift zur Voll-
kommenheit andern zu han-
deln, offenbar in sich, S. 11.
So oft ich zur Vollkommen-
heit meines Nächsten handle,
vermehre ich meine eigne
Vollkommenheit; und bin ich
verbunden, solche möglichst
zu befördern, so bin ich auch
verbunden, möglichst zur
Vollkommenheit meines Mit-
menschen zu handeln. Um
dieses einem jeden verständ-
lich zu machen, haben wir
gar nicht nöthig, weder auf
die Fähigkeiten zu verweisen,

welche wir damit bey unsren
Mitmenschen befördern, uns
gegenseitig Vollkommenhei-
ten zu grwähren, noch dar-
auf, dass wir uns denselben
damit verpflichten, und ihn
geneigt machen, unsre Liebe
mit Gegeliebe zu erwiedern.
Unmittelbar mit der Hand-
lung selbst, wodurch wir zu
eines andren Menschen Voll-
kommenheit handeln, ver-
grössern wir unsre eigne Voll-
kommenheit: indem wir mit
jeder solcher schönen Hand-
lung das schöne Verhältniss
eines Urhebers von Realitäten
bekommen.

intelligi potest, cur amor aliorum sit *realitas seu perfectionis moralis*, *tum* vero etiam vel ideo falso, quoniam Cl. TOELLNERVS nonnisi de perfectione *naturali seu metaphysica* loquitur, amor vero per suam naturam, omnem ad *eiusmodi perfectionem*, quae nonnisi priuata est, excludit respectum.

Angli ergo iam dudum multa de benevolentia quaedam vniuersali, locuti sunt, quae nullam includat priuatam utilitatem et ex hac nequaquam deriuari possit.
 „ *Quemadmodum sunt verba Cl. HUTCHESONI (i), homo, si ad semetipsum attenderit, curatius, gratam in mente sua atque generalem determinationem, ad propriam et maximam, quae in suo genere cogitari potest, felicitatem reperiet: ita simile etiam detegere possumus principium, quod natura sua generosum est.*
 „ *Quando nimirum ad nosmetiplos attendentes, menti*

„ no-

(i) vid. eius System Vol. I. p. 50. As there is found in the human mind, when it recollects itself, a calm general determination toward personal happiness of the highest kind it has any notion of; so we may find a like principle of a generous kind. When upon recollection we present to our minds the notion of the greatest possible System of sensitive beings, and the highest happiness it can enjoy, there is also a calm determina-

tion to desire it, abstracting from any connection with or subservency to our private enjoyment. We shall find these two grand determinations, one toward our own greatest happiness, the other toward the greatest general good, each independent on the other, each capable of such strength as to restrain all the particular affections of its kind, and keep them subordinate to itself.

34 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

„ nostraræ repræsentamus, ideam, maximi, quod possi-
„ bile est, systematis entium sensibilium, et maximaæ,
„ qua frui eadem possunt felicitatis, adest quoque grata
„ ad eam appetendam determinatio, nullo, ad nexus
„ illius felicitatis, cum propria nostra atque priuata yti-
„ litate habito respectu. Neutram harum determinatio-
„ num, alteram scilicet, versus maximam nostram feli-
„ citatem, alteram versus maximum bonum generale, a
„ se inuicem pendere deprehendemus, quamlibet vero
„ eiusmodi potentiae capacem esse, ut omnes eiusdem
„ speciei affectiones particulares contineat, easque sibi
„ subordinatas seruet.

Ex quibus verbis non solum natura illius beneuo-
lentiae generalis, de qua Angli quotidie loquuntur satis
patet, sed etiam facile est intellectu, HUTCHESONIVM, exi-
stimassem, quod mens humana, nullo ad instinctum felici-
tatis ipsi connatum, respectu habito, per se eodem mo-
do ad hanc benevolentiam determinata nascatur, quo,
ad nosmetipos amandos felicesque reddendos, per ipsam
mentis naturalem constitutionem impellimur. In qua op-
inione duo inprimis sunt, quibus calculum nostrum adde-
re non possumus. *Primo*, enim, nunquam nobis per-
suadebit Vir Clarissimus, fieri posse ut mens nostra sua
sponte sese ad aliquid vel appetendum vel agendum de-
terminet, absque ullo impetus nostri ad felicitatem pro-
priam concursu. Vnde sequitur, determinationem ani-
mae ad maximum bonum generale, ab impetu illo ex
parte etiam pendere. *Deinde* miscere nobis iterum vide-
tur *Hutchesonius*, constitutionem hominis *physicam* cum
morali, dum ex illa determinationem aliquam ad bene-
volentiam generalem deriuare studet, quae tamen non-
nisi

nisi ex hac solide deduci atque per eam solam explicari potest. Quamquam enim, sub conditione vix dum et primo loco posita, negare nolimus, fieri posse, ut mens nostra ad alios beneficentia complectendos sese determinet; ex hac sola possibilitate tamen, aliud nihil effeceris, quam non contrariam esse constitutioni mentis nostrae naturali determinationem eiusmodi, non vero, eam simul esse moraliter bonam. Quid enim! si eodem modo atque experientia duce contrariam quoque versus maximum malum generale, vel saltem nullam ad bonum generale, omnem vero ad propriam et priuatam utilitatem in multis animaduerteris, determinationem. Atqui infantes liberaliorem etiam naeti educationem, antequam iustum ab iniusto satis discernere queunt, utilitatis atque felicitatis priuatae documenta, non aequa generalis quotidie edere, norunt omnes, quotquot ad primos infantiae annos curatius attenderunt (k). Ad adultos vero quod attinet, nemo ignorat, tyrannos, superbos, homines inuidia plenos, pluresque alios possibilitatem physicam determinationis contrariae proh dolor! extra omnem dubitationis aleam ponere. Nec dici potest, corrupisse horum animos, educationem, vitae genus, societatem, quae saepius etiam ac fas sit, occasionem suppeditet ipsa, tuam priuatam utilitatem paeferendi felicitati publicae, vnde peruersa tandem oriatur consuetudo, soli impulsui priuatam utilitatem, neglecto bono generali, satisfaciendi.

E 2

(k) Vidi infantes non malos suis se priuare ornamentis, aliisque sua sponte ea induere infantibus, mox vero lachrymas effundere, simulac audi-

rent, se nunquam recuperaturos eadem. Scilicet, nostra in aliis videre et amare solemus.

¶6 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

ciendi. Ne enim dicamus, exempla ista praebere argumenta omni exceptione maiora, ex quibus demonstrari possit, quantum impulsus ad propriam felicitatem superet vim iactatae illius determinationis ad benevolentiam generalem, ne id inquam, nunc moneamus, hoc unum tamen obseruare liceat, exempla ab adultis eum in finem desumpta, ut existentia vtriusque determinationis probetur, vel ideo frustra proferri, quoniam eiusmodi adulti, a teneris procul dubio didicerunt, pulchrum, iustumque etiam esse, ut alios amore complectamur sincero, unde quiuis eorum quoque, simulac animum suum a pulchritudine ista et iustitia auerterit, facile determinationem contrariam in semetipso excitare adeoque obseruare poterit, eandem physicae mentis sue dispositioni non absolute contrarii. Quae cum ita sint, non inutiles equidem fuerunt conatus illorum, qui in religionis atque humani generis honorem, exemplis bene multis probarunt, vestigia alterius illius ad benevolentiam generalem determinationis, apud omnes gentes reperiri, quos inter Cl. LESSIVM eo lubentius refero (1), quo magis scite in fine programmatis sui infra citati, sic loquitur: *Cautem quidem in omni de instinctu disputatione procedendum. Eternum propter naturalem, qua nascimur peccati labem, difficultatum est ad cognoscendum, vtrum desiderium, quod sentimus, ex ipsa animae indole et essentia, (quae eadem utique post lapsus adeoque bona manit) vel ex depravata illius natura ortum trahat. Atque hanc ob causam propter solum instinctum et impulsu actionem quandam bonam*

(1) vid. GOTTE. LESSII
Programma: Quantum Theologi intersit, humanæ mentis

Affectus curatius nosse. Goett.
1765.

bonam pronunciare non possumus. Sed si bonam esse aliunde iam equum dederimus, optime utique illum impulsu in auxilium vocare, nouumque eo probationi robur addere possumus. Quod si respectu illius impulsus ad aliena commoda nos ferentis, etiam factum fuerit, tunc existimat porro vir iste Cl. nouum exinde sumi posse argumentum pro tenerimo proximi amore. Ex quibus vero apparet, nobiscum sentire Virum huncce Cl., dum falso illos argumentari statuimus, qui a viribus atque determinationibus hominum physicis, ad bonitatem earum moralē statim concludunt. Quum ergo nihil ad rem faciat, si, impetum illum ad aliena commoda nos ferentem, naturalem esse hominibus, tantummodo obseruaueris, sed demonstrare potius debeas, posita constitutione hominis morali, poni quoque hunc impulsu aut si malueris, determinationem mentis: quantum intererat, patet, vt, quomodo ea ex constitutione hominis morali oriatur, nobis ostenderent Ethici. Qua in re vero neque cum HUTCHESONIO (m) ad sensum aliquem moralem, (de quo supra, quid sentiamus, dictum fuit) neque etiam ad sacras litteras, quae omnino hunc impulsu pro moraliter bono declarant, cum alias omnes tanquam nosmetipso amandos esse praecipiunt, prouocare licebit, sed illis etiam, qui sacris literis assensum dengant, ex ipsa animae indole atque essentia seu potius ex eiusdem constitutione morali ostendendum, quomodo determinatio illa ad benevolentiam generalem oriri possit et debeat, si status hominis moralis bene fuerit ordinatus. Recordemur itaque distinctionis felicitatem naturalem inter atque moralem, modique, quo ex hominis constitutione morali

E 3

(m) p. 51.

38 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

rali determinationem eiusdem ad semetipsum amandum demonstrauimus. Eadem vero ratione ostendere possumus, nos, posito illo ad felicitatem moralem impulsu, determinari etiam ad alios amore complectendos. Sumimus itaque *primo*, ita comparatum esse hominem, ut aliorum felicitatem optare atque promouere possit, quod sanus quiuis eo minus negabit, quo citius eum experientia edocebit, dari homines bene multos, qui negleguntis commodis omnibus atque bonis *naturalibus*, doiores etiam patienter ferant, eum in finem, ut alios reddant vel felices vel feliciores. Cauendum autem in primis, ut ne ex hacce obleruatione plus iusto concludamus atque vel ideo forsitan, existimemus, posita constitutione hominis naturali, poni etiam amorem seu erga alios benevolentiam. Eandem enim experientiam si in consilium adhibuerimus, quotidie fieri solere, discernimus, ut homines media omnia quibus felicissimi euadere potuissent, negligant atque contemtui habeant, dummodo, iacturam illam facientes, certum aliquod felicitatis genus vel acquirant, vel conseruent, in cuius vnius possessionem scilicet totam suam collocant felicitatem. Hinc ex illa, quam vixdum attulimus, obseruatione, sola nullum possumus desumere argumentum pro vero atque sincero aliorum amore, cum curae illae atque sollicitudines, non nisi ex *amore proprio* oriri possint, nec felicitas aliorum finis sit, quem intendant illi, sed medium, quo propriam suam promoueant felicitatem. Quum vero amor verus et sincerus requirat, ut aliorum felicitatem tanquam finem intendamus, facile in casu, de quo nobis sermo est, appareat, non vere illos amare, sed videri tantum nobis amare. Neque etiam absque constitutione hominis

IN SEQVENT. PROVOC. ERIT, CONTINET. 39

minis morali intelligi potest, qui fiat, vt aliorum felicitatem tanquam finem intendat, cum, si homo non nisi *physice* consideretur, impetus ad felicitatem naturalem, omnes eius dirigat quasi atque gubernet actiones. Sumimus itaque *secundo*, *velle* etiam alios, aut si malis, *velle posse* eosdem, vt ipsos amemus atque felicitatem ipsorum tanquam finem intendamus. Ex quibus omnibus appareat amorem hunc constitutioni nostrae et aliorum naturali non contradicere seu *physice possibilem* esse eundem et *eatenuis*, constitutioni nostrae naturali *conformeum*. Vnde nunc porro concludimus, *iustum* etiam seu *rectum* esse vt alios amemus (p. §. 5.) nostramque felicitatem *moralement*, nec seruari nec augeri posse, nisi aliorum felicitatem tanquam *finem* intendamus. (p. §. 8.) Posta igitur constitutione hominis morali, oritur etiam quasi sua sponte, determinatio ad benevolentiam erga alios moralem, eodem modo, quo superiorius amorem nostri in ea fundatum esse ostendimus, ita vt animaduertere liceat facilime, quod homines, vi impetus ad felicitatem moralem, ad suam non minus quam aliorum felicitatem ducantur tanquam *ad duos fines coordinatos*. Saluus igitur manet *amor*, saluum etiam quod omnes sequuntur, *principium felicitatis*. Praeterea vero facile nunc est ad intelligendum, mentem humanam ad amorem hunc generosum prius non determinari, quam idea iusti et iniusti in ipsa fuerit excitata, et ad normam eius agere decreuerit eadem. Solum igitur gaudium illud, quod felicitas aliorum in nobis aliquando excitat, non tutum satis atque firmum pro existentia huius amoris suppeditat argumentum, ne tunc quidem, cum felicitatem illam proprio nostro cum damnio atque incommmodo procurauimus. Et tamen eo mi-

nus

supra

46 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

nus omni priuabitur voluptate, si constitutioni nostrae morali conuenienter ad aliorum commoda promouenda nosmetipsos determinauerimus, quo certius est, intuitum huius felicitatis, gratissimam in nobis quotidie excitaturum esse cogitationem, nos ad normam ideae iusti et in*iusti egisse.* (p. §. 7). Non ergo dici potest, e nostra demonstratione sequi, vt plus etiam aliis ac sibi debeat homo, adeo vt neglecta in aeternum felicitate *physica*, quin imo, cum maxima, quae vnquam cogitari queat, infelicitate sui *physica*, ad commoda aliorum aeterna promouenda obligatus sit. Concedamus enim tantisper, veram esse consequentiam illam, nec sic tamen aduersus impetum ad felicitatem connatum agere dicendus erit homo. Nam praestantissimum, cuius idem capax est, felicitatis genus, *felicitatem esse moralem* supra diximus. Qua si frui potuerit, lubens, constitutioni suae naturali conuenienter, minore carebit felicitate. At singitur tantum casus ille, nec vnquam existere potest, cum Auctor naturae, physicam nostram felicitatem, tam arête coniunxerit cum morali, vt hac ipsa in terra saepissime, ne dicam in coelis, felicitate varii generis naturali, remuneretur, qui, vt felicitatem suam moralem promoueret, omnem mouit lapidem. Quodsi autem perrexerit aliquis dicendo: proprium tamen commodum, licet morale, secundum nostram quoque sententiam, prae oculis habere illum, qui alios amore complectatur, sincero: respondeamus, aliter plane rem sese habere, cum illo qui non nisi e *felicitatis physicae* principio agat, aliter, cum illo, qui impetum ad *felicitatem moralem* sequatur; illum non posse non intendere propriam atque priuatam utilitatem, cum e solo ad *felicitatem physicanu* instinctu intelligi plane atque

atque concipi nequeat, cur aliorum felicitatem tanquam finem intenderet; de hoc vero dici plane non posse, quod propriam atque priuatam utilitatem quaerat, cum vi impetus ad felicitatem moralem, commoda aliorum, aliquando etiam cum neglectu propriae felicitatis atque perfectionis physicae, promoveat, adeoque suam et quidem moralem, simul vero etiam felicitatem aliorum tanquam *duos fines coordinatos* intendat. Quae cum ita sint, lis illa, inter philosophos et theologos agitata: quando alii nimirum negarunt, fieri posse, ut aliquem, nullo ad felicitatem nostram respectu habito, amemus, alii contra, omnem propriam utilitatem, ab amore, procul esse iussurunt: lis illa inquam componi iam poterit facilissime. Nec minus ex antecedentibus constare existimamus, quam longe benevolentia moralis, amorem sic dictum physicum, tam quad durationem, quam modum, quo veterque fere exerat, post se relinquat. Neque enim amor *physicus* veri nominis amor est, neque diutius durare poterit, quam quidem aliorum felicitatem, ad nostram esse necessariam, iudicauerimus. Sed haec alio loco et tempore explicanda sunt! Hoc unum addere liceat, et illos, qui determinationem ad benevolentiam generalem, menti humanae naturalem esse affirmarunt, et vero eos, qui idem negarunt, diuerso licet respectu, pro veritate certasse. Quodsi enim, idea iusti et iniusti hominibus cum primis naturalis sit, ii autem, qui determinationem illam, in semetipsis vel aliis animaduerterunt, ad ideam hanc attenti fuere, iure meritoque eandem naturalem esse homini dixerunt. Quos vero idea illa vel tacite officii sui non admonuerit, seu, qui ad eam non attenderint, determinationem hanc non fuisse expertos, facile est ad intelligendum.

42 CAP. I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

§. XIV.

Determinatio mentis, huic amori morali s. benevolentiae generali opposita, est *amor ille proprius*, quem Philosophi atque Theologi tantum non omnes, cum amore nostri miscere, veramque eius indolem, vel plane non, vel prouti nobis videtur, minus reste indicare atque declarare solent. Nec mirum, si amor iste proprius, quem quiuis pro vitio habet, veritati conuenienter non describatur, cum eundem amori nostri non nisi opponant Auctores, quod tamen vel ideo fieri non debebat, quoniam non huic solum sed vel maxime etiam benevolentiae erga alios contrarius sit, ita ut notionem completam huius vitii tibi prius formare non possis, quam de amore erga alios morsli actum fuerit. Nos igitur per *amorem proprium* int. illigimus, *amorem in nosmetipso*, *aliis exclusis*, *directum*. Quae definitio, *primum*, nos docet, amorem creaturarum ratione praeditarum, sic dictum *physicum* in genere esse *amorem proprium*, cum demum amor nostri moralis nos alios ab amore excludere vetet. Facile, *deinde*, est ad intelligendum, amorem hunc proprium, eodem modo, quo id quidem de *amore physico* supra obseruauimus, aliis, mediorum instar, quibus, felicitas atque perfectio nostra promoueatur, vti posse, in eo autem vel maxime ab amore nostri morali differre, quod iste alios non tanquam instrumenta felicitatis nostrae physicae tantum, complectatur, sed eosdem propter seipso amet atque diligit. Quod autem 3^o ad originem huius amoris proprii attinet, aliter de ea iudicandum esse existimamus, si de entibus rationalibus atque spiritibus in genere, aliter, si de illis in specie sermo fuerit, qui sensuum atque imaginationis imperio subfunt.

sunt. Et in prioribus quidem amorem proprium oriiri non posse, quamdiu status ipsorum moralis bene ordinatus sit, ita ut sibi persuadeant, maximam ad quam adspicere queant felicitatem, esse *moralement illam*, ex antecedentibus quilibet concludere poterit facillime. Quum vero dispositio illa moralis varias ob rationes, de quibus demum in sequentibus dicendi locus erit, turbari possit: occasionem etiam deinceps nanciscemur, veras indicandi caussas, ex quibus in eiusmodi spiritibus oriatur, *amor sic dictus proprius*. Videamus itaque, quomodo mens humana, in quam, testibus Sacris litteris, cum quibus consentit experientia, dominantur sensus, imaginatio et instinctus carnales, ad amorem proprium vel ideo determinata nascatur, quod dominium illud non possumus non pro congenito habere. Scilicet cessauit via hu- ius dominii coordinatio illa et quasi amicitia inter *felicitatem physicam atque moralem*, cum homo, prouti nunc est, totus ad illud felicitatis genus trahatur, quod a sensibus, imaginatione et instinctibus carnalibus pendet. Cui, cum desiderium felicitatis moralis, quod, si de origine eiusdem sermo fuerit, totum mentis atque rationis est, e diametro oppositum sit; facile etiam intelliget quisvis, hominem, qui sensuum imperio subest, nec illo flaturum, desiderio, nec obiecta quaesiturum, quibus desiderio illi, quo quippe caret, facere possit satis. Se ipsum igitur praetereaque neminem tamdiu amabit, quamdiu ratio legibus carnis parere coacta fuerit. In quo statu non mirum, si homo propriam felicitatem, fierique si possit, etiam perfectionem, omni modo promouere studeat, cum sibi tantum natus videatur nec aliam, quam impetum ad *felicitatem physicam* sequatur

44 CAP.I. QVOD PRINCIPIA QVAEDAM, AD QVAE

regulam. Quodsi autem acquisitio perfectionum impulsi ad felicitatem aliquando contraria et cum labore quodam ingratu coniuncta sit, vel non magni momenti esse easdem perfectiones, vel quod magis est, iis aut similibus tamen et aequalibus, se iamiam praeditum esse, ridicule satis sibi imaginabitur. Nec tamen omnem iusti iniustiae ideam eximere amor proprius, ad eam vero tunc deum prouocare solet, cum proprium commodum detrimenti aliquid patiatur. Sic quasi centrum sese reputans, ad quod omnes, quas ipse aliquique patrent actiones, collineare debeant, sibi ipsi tantum placebit homo, aliis neglectis (n), adeo, ut num illis bene vel male sit, penitus non curet, nisi forsitan animaduerterit, felicitatem aut infelicitatem ipsorum suae posse inseruire felicitati. Quid mirum itaque? si quod fieri solet, ad perfectiones aliorum naturales et morales non attendat, parvi eos aut minus ac par est aestimet, quovis modo minuat, praefrate neget vel denique *iura* ipsorum aduentitia, quin naturalia atque *omnibus communia*, *quae primum quasi atque ultimum inter perfectiones et facultates morales obtinent locum, non agnoscat;* in quo e nostra sententia, consistit *contentus moralis* (o). Quodsi autem idea iusti iniu-

(n) Eodem modo Paulus a moris proprii naturam descripsit ad Rom. c. 15 v. 1. seqq. et 1 Cor. 10. v. 33.

(o) Alii per contentum intelligunt, quoduis iudicium, signis etiam aliquando declaratum, quo alios modo perfectionibus moralibus in genere,

modo physicis etiam, carere assertimus, qui tamen conceperit vel ideo non admittendus, quod contentus aliorum a qualibet inter virtutia numerari solet; atqui vero iusta atque curata aliorum aestimatio, etiam si imperfectiones ipsorum siue physicas siue morales detegat,

iniustiae aliquando edocuerit ipsum, iniustiam ab ipso committi, dum alios contemnat, qui quippe iisdem, quibus ipse praeditus sit, iuribus gaudeant, mox aliud, quo eiusmodi contemtum excusare queat, medium inueniet, amor proprius, *superbiā* nimirum, cui curatius cognoscendae, sequentia destinamus capita.

CAPVT SECUNDVM

IN QVO

SVPERBIAE EIQVE OPPOSITAE
HVMILITATIS CHRISTIANAE, IDEAE,
E SACRIS LITTERIS ERVVNTVR.

§. XV.

Vt itaque, ad ductum Sacrarum litterarum, in quo consistat superbia eique opposita humilitas, discamus, plura inter, quae huc pertinere videntur loca, omnium primo, *parabolam illam* curatius, considerandam propo-

F 3 nimus,

regat, tantum abest, vt virtutem nominanda sit, vt potius ea- dem virtutem multis modis promoueat, adeo vt ipsa vel maxime virtutis nomen me- reatur. Quando itaque Cl. wolt in den vernünftigen Gedanken von der Menschen Thun und Lassen §. 803 con- temptum ita definiri: Wer sol- che Handlungen vornimmet, dadurch er zu verstehen gie- bet, daß er den andern ge- ringe oder der Ehre unwürdig

schärzet, der verachtet ihn. Und also ist die Verachtung eine Handlung, dadurch ich zu verstehen gebe, daß ich den andern wenig achte, oder die ein Zeichen der Geringsschä- tzigkeit ist: vel ideo haec de- finitionem probare nequeo, quod ex hisce verbis constet, existimasse Philosophum, nul- lam inter, *parvi aestimare* at- que *contemnere aliquem*, inter- cedere differentiam.

46 CAP.II. IN QVO SVPERBIAE EIQVE OPPOSITAE

nimus, quam nobis *Lucas* c. XVIII. a §. 9-14. incl. consignatam reliquit. En ipfa huius parabolae verba, prouti eam b. Beza e graeco in latinum transtulit! Textum graecum infra addemus!

Dixit autem etiam quibusdam, qui sibi persuaserant, se iustos esse, et pro nibili habebant reliquos, parabolam istam: Homines duo ascenderunt in templum ad orandum: unus Pharisaeus, et alter publicanus: Pharisaeus consistens seorsim, haec oravit; Deus gratias ago tibi, quod non sim ut reliqui homines, rapaces, iniusti, moechi, vel etiam ut iste publicanus. Ieiuno bis hebdomade, decimo quaecunque possideo. Publicanus autem procul stans, nolebat vel oculos in coelum attollere: sed caedebat peccatum suum, dicens; Deus, placator niki peccatori. Dico vobis, descendit iste iustificatus dominum suam, ROTTVS, quam ille: quia quicunque se extollit, deprimitur, et qui se deprimit, extolleatur (p). Accidit huic parabolae, quod aliis bene multis Scripturae locis, ut, simulac huic vel illi religionis doctrinae stabilientes destinata fuerant, isti tantum scopo conuenienter

ea

(p) ειπε δε και προς πινας ουτος ο τελωνης νησιω δις του ταυτης πεποιθοτας εφ εαυτοις οτι εισ δικαιοι, και εξουθενευντας τους λοιπους, την παραβολην ταυτην. Λνθρωποι δυο ανεβησαν εις το ιερον προσευχαδαι· ο εις Φαρισαιος, και ο επερος τελωνης· Ο Φαρισαιος σαφεις προς εαυτον ταυτα προσηνυχετο· Ο Θεος, εοχαριτω σοι, οτι ουκ ειμι ασπερ οι λοιποι των ανθρωπων, αρπαγες, αδικοι, μοιχοι, και και αε

σταθμω δις του σαββατου, αποδεκατω παντας οτια κτωματι· και ο τελωνης μακριθεν ετας ουκ ηθελεν ουδε τους εφθαλμιν εις τον ουρανον επάραι· αλλ επιπτεν εις το γηθος αυτου, λεγων· Ο Θεος ιλασθητε μοι τω αμαρτωλω· λεγω υμιν, κατεβη ουτος δεδημιαμενος εις τον οικου αυτου, η εκεινος· οτι παρ οι υψων εαυτον γαπεινα θησεται, ο δε ταπεινων εαυτον, υψωθησεται.

ea tractarent atque explicarent interpretes, neglegentes aliis, quae ex iis, aequo bene deduci potuissent, veritatibus. Quum enim illi animaduerterent, edocere nos hanc parabolam, quod superbi a Deo in iustorum numerum non referantur, hanc in primis veritatem, per eam stabiluerunt atque confirmarunt, nullo ad vitium ipsum, quod iustificationem impedit, habito respectu. Neque tamen iustitia asserti I. C., qui quippe pro iusto reputatum fuisse pharisaeum, vel ideo negat, quod qui semetipsum extollat, deprimatur, cuius, ut fas est, ostendi poterit, nisi prius superbiae naturam descriperis, et quantum illa impedit, quo minus nos Deus iustos inter numerare queat, demonstraueris; *Superbiām*, inquam; etenim interpretes tantum non omnes existimant, verba: *Quicumque se ipsum extollit deprimetur et qui se se deprimit, extolleatur*: de superbia eique opposita humilitate, esse explicanda. Quod cum per se clarum aliisque S. S. locis dein afferendis confirmari possit, eo magis iam ad illam pharisaei *υψωσιν*, eique oppositam publicani *ταπεινωσιν* attendamus oportet, quo certius est, voluisse Christum accuratam non solum superbiae atque humilitatis effigiem pingere, sed supposuisse etiam, cuius, simulac effigiem hanc attentius considerauerit, facile ad concludendum fore, quod fata pharisaei et publicani diuersa, naturales et necessariae sequelae, diuerissimi, quod in ipsis obseruare licet, charācteris fuerint. Attendamus igitur primo ad occasionem huius parabolae. Indicat nobis *eandem* Euangelista his verbis: *Dixit autem (sc. Christus) etiam quibusdam, qui sibi persuaserant se iustos esse, et pro nibilo habebant reliquos, parabolam istam*: Non postulare videtur scopus noster, neque etiam curatior parabolae explicatio requirit, ut, num verba illa, et quae, ea sequitur,

48 Cap. II. IN QVO SVPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

tur, parabola, cum antecedentibus cohaereant, nec ne, indagemus (q), atque argumenta, quae vel pro conne-xione vel contra eandem militant, ponderemus. Super-uacaneum etiam arbitramur, multa de diuersa interpre-tatione phraseos προς τινας in medium proferre, magnoque studio quaerere, vtrum ea cum BEZA, LVTHERO et aliis, de personis, quibuscum loquebatur Christus, an vero de obiecto, de quo ipsi sermo erat, intelligenda et in priori casu germanice, zu einigen, in posteriori au-tem, auf einige, vertenda sit. Scilicet, admittit vocula προς posteriorem quoque interpretationem (vid. Luc. XX. 19. et b. Luth. versionem huius loci,) eamque HEV-MANNVS et BELLOS OBRIVS priori ob nexum prae-ferrunt. Nobis vero vtramque explicationem nexui conuenire facilique negotio coniungi posse, existimantibus, monere hoc vnum liceat, rationem, ab HEVMANNO (r) contra priorem interpretationem allatam, vel ideo nobis non satisfacere, quod verba ὁ. 14. dico vobis cet. manife-sto sint indicio, in vsum praesentium auditorum, ergo tam ad illos, quam de quibusdam ex illis locutum fuisse Chri-stum. Maiori studio atque diligentia in sensum verborum τους πεποιθωτας εφ εαυτοις οι εισι δικαιοι: inquirendum. BEZAM ea

(q) admittunt nexus CLAR-kivs vid. eiusdem Paraphrase der vier Evangelisten et HEV-MANNVS, qui in primis ad particulam *προς*, qua nostra verba cum antecedentibus coniungantur, prouocat. Quod ar-gumentum tamen non satis tu-tum nobis videtur, vnde interpres Berolinenses etiam de nexo hic non cogitant.

(r) vid. den andren Theil von des sel. Heumanns Erklä-rung des Neuen Testaments p. 351. ubi ita Vir Cl. scribit: daß auch in unsrer Stelle der HERR nicht insonderheit Phari-saer anrede, sondern nur von Pharisaern rede und seine Re-de an die damahligen Zuhörer fortsetze, wird ein geringes Nachdenken bestätigen.

ea verterè: qui sibi persuaserant, se iustos esse: iamiam vidimus. B. Lutherus sic ea germanice reddidit: die sich selbst vermaßen, daß sie fromm wären: interpreses Berolinenses: qui avoient une grande opinion de leur propre justice: Nulli harum versionum calculum addere possumus, sed cum GROTIUS potius (cui tamen quoad applicationem suae interpretationis accedere non possumus) (s) atque WETSTENIO existimamus, describi his verbis eiusmodi homines, qui in semetipso fiduciam suam collocabant, quod iusti i. e. pii Deoque grati sint. Quem significatum, dum verbis illis tribuimus, ne nos auctoritate omni destitutos esse, existimet Lector! Euoluat potius Ezechielis cap. XXXIII. legatque apud τος • initium Υ. 15 εν τω επειν με τω δικαιῳ, Σωη Εγωη, καὶ ετος πεποιθει επι τη δικαιουντι αυτω, nec dubitat amplius, quin phrasis nostra fiduciam in iustitiam suam collocare, significet. Quem huius phraseos significatum facile etiam animaduertere licebit apud Lucam c. XI. γ. 22. vbi Christus de armatura εφ η επεποιθει i. e. in quam, fiduciam collocauerat sc. fortis loquitur; atque Paulus 2 Cor. I. γ. 9. opposite ad fiduciam in Deo ponendam, pharsi πεποιθοτες εφ εαυτοις, illam fiduciam, quam ipse in semetipsum collocare potuisse.

set

(s) GROT. ad haec verba: τος πεποιθοτας εφ εαυτοις
Ορθων δια παρων simile loquendi genus 2 Cor. I. 9.
ινα μη πεποιθοτες αμεν εφ εαυτοις, αλλ επι τω Θεω εγειρονται
τος νεκρες quamquam in sensu alio: nam ibi de fiducia

ea agitur, quae in caussis naturalibus collocari solet: hic de ea fiducia, quam multi plus aequo sibi placentes in virtutibus saepe falso creditis ponunt, eaque re impediuntur, ne demissio animo ad diuinam misericordiam configiant.

G

50 CAP. II. IN QVO SVPERBIAE EIQVE OPPOSITAE

set, exprimit. Accedit, quod quae sequuntur, hanc non aequa alteram illam admittant explicationem. Quum enim diuinus Magister, Pharisaicum eiusque animi indolem describit, non negat, sed, prout deinceps videbimus, supponit potius, vitia quaedam vitasse eundem, contra vero virtutibus salem Pharisaicis studuisse. Qui parabolae nostrae tenor, non permittere videtur, ut per πεποιθότας εφεαυτούς eos intelligamus, qui se malum vitasse atque virtuti operam dedisse falso sibi persuadent. Neque etiam ex eo, quod illi vel vere vel falso, se pios esse, sibi persuaserint, statim concludere licet, quod alios contemnui habuerint, quemadmodum tamen C. in T. eiusmodi contemnū e fiducia, quam in semetipso collocabant deriuare videtur. Quis enim ignorat, dari multos vere pios, qui, cum virtutis ac pietatis suae intime sint conuicti, alios tamen non contemnunt, sed perfectiones ipsorum morales, quae omnibus hominibus communes sunt, agnoscent. Neque etiam omnes hypocritae, aut fanatici homines, qui falso, se pios esse, iudicant, vel ideo alios contemnere debere, dicendi sunt. Alter vero de illis iudicandū, qui earopter, quod pii atque Deo grati sunt, omnem in semetipso collocant fiduciam sc. *moralement*. Oriebatur nimirum fiducia ista ex intuitu pietatis atque adeo insignis alicuius perfectionis, qua ornatos se esse vel vere vel falso existimabant homines, quae cogitatio eos impellebat ad credendum, iure se praeditos esse ad omnia alia bona, ad vitam in primis aeternam adipiscendam. In quam si quis inciderit cogitationem, nāe is omnia, quibus indiget, vitamque adeo aeternam a Deo non expeter, sed vehementius etiam postula.

stulabit, ita ut facile appareat, eum in iuribus suis vel maxime inniti neque felicitatem futuram, doni instar gratuiti, considerare sed tanquam debitum, ad quod exsolendum Deus ipse obligatus sit. Ex hac autem fiducia non potest non oriri contemptus aliorum. Quodsi enim relatio, quae te inter atque Deum intercedit, diuerfa fuerit ab illa, quae Deum inter atque caeteros homines locum habet, ita ut tibi debeat aliquid Supremum Numen, non aequae illis: aliorum aequalitatis mox obliuisceris, nec ad *iura* ipsorum *naturalia*, quae quippe *ius tuum aduentitium*, longo post se relinquat intervallo, amplius attendes, quin potius, verbis factisque, quam parui eos aestimes, declarabis. At! dicet forsitan aliquis orasse tamen Phariseum, qui ex intentione I. C. illos re praesentat, qui omnem in semetipsis ponant fiduciam, orasse, inquam, adeoque non omnem in semetipsum collocasse fiduciam! Nobis vero ad ipsas has preces, quas deinceps fuisus exponemus, prouocare licebit, ad confirmandam nostram sententiam, seu ad docendum magis magisque, quantum a semetipso expectauerit Phariseus. Quae cum ita sint, verba T. πεποιθοτας εφ εαυτοις ita in posterum interpretemur: *Dixit vero etiam ad quosdam, qui in semetipso fiduciam collocabant suam* cet.

G 2

52 CAP. II. IN QVO SUPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

stimabant (t). Proponit autem Scriptor Sacer studium
hocce pietatis et ex eo oriundum fauorem Dei, tanquam
caussam fiduciae illius, quam in feme tiplos collocauerint
iidem. Exponendum igitur nobis esset, qui factum fue-
rit, ut iustitia illa et pietas, sive vera sive imaginaria, eius-
modi procreauerint fiduciam. Quum vero naturam at-
que originem huius pietatis antea noscamus oporteat,
quam de ipsis effectibus loqui possimus, ad parabolam
ipsam, quae nos naturam huius pietatis distinctius edoce-
bit, curate intelligendam, progredivimus.

Homines, sic inquit diuinus Magister, homines
duo ascenderunt in templum ad orandum; Verbum
προσευχαται, quod in graeco legitur, de precibus in ge-
nere sumi equidem potest, saepius tamen speciem pre-
cum idem significat, illasque imprimis preces denotare
solet, quibus bona quaedam a Deo expetimus. Has
igitur, hoc nostro in loco etiam intelligendas esse, vel ex
versu 14 patet, vbi C. obseruat, descendisse dominum
suam, pharisaeum non iustificatum; unde patet, quod
iustificationem a Deo petierit idem, nisi dicere velis,
praeter necessitatem addidisse Christum, obseruationem
illam, siquidem non erat, cur moneret, Phariseum non
obtinuisse quae non petierat, quum Deus largiri non so-
leat, quae ab ipso non petiimus. Quando itaque Chri-
stus, totidem verbis, huius petitionis, in ipsa parabola,

nullam

(t) Praeter necessitatem igitur, ad hunc locum, quaeri so-
let, utrum verba *οἱ εὐτοι δικαιοῦνται*, an
de illa iustitia interpretanda
sint, quae nobis inhaereat, an
vero de illa quae nobis a Deo
imputetur? num porro Lucas,
illis, de quibus loquitur, vere
tribuat pietatem, an vero ver-
ba illa, relative tantum ad ho-
rum hominum opinionem,
sint sumenda?

HVMILITATIS CHRISTIANAE, IDEAE, CET. 53

nullam facit mentionem, noli credere, quod gratiarum actio, quam v. 11 et 12 continent, sola, argumentum quasi atque scopum, precum illarum, quas Phariseus fuisse dicitur, exprimat, cum potius haec ipsa gratiarum actio, eum in finem a Christo videatur esse proposita, ut nobis animi indolem precantis eo melius declararet, simulque modum edoceret, seu medium, quo ad finem suum obtinendum vsus fuerit Phariseus. Nobis autem incumbit, animum Pharisei curatius indagare, atque reliquam precum partem, quam earum *απόδοσην*, nominare vellem, quamque C. ob rationem mox adducendam, sedulo omisisse videtur, addere. Scilicet Christus, reliqua ab attento quoquis lectore facile suppienda, omisit, ut, quanta fuerit hominis superbia, intelligeremus, qui multis verborum ambagibus, in praedicandis suis praerogatiis vsus fuerit, paucis vero quae a Deo expectabat, pectoriter, existimando nimirum, superuacaneum esse, ut caetera addat ipse, cui Deus non possit non omnia, quae, non dicam, ab ipso petat, sed postulet, largiri.

Quaeritur autem porro, quodnam fuerit ipsum illud bonum, a Deo, vehementius etiam postulatum? In protopatu equidem est, idem fuisse illud, quod, Phariseum, non accepisse diserte affirmat Christus, dicendo: *κατεβη επος δεδικαιωμένος εἰς τὸν αὐλόν αὐτών η εκείνος* (u); quae verba, cum Hebrei, quos imitantur o. o. (x), cum

G 3 aliis

vtrique, sensu a nostra, non diuerso.

(u) Praetulit GROTIUS no-

stra, lectionem, codicis octa-

vi Rob. Stephani, παραγγελού,

alii vero codices, ique pluri-

mi, teste WETSTENIO ad h.

loc., legerunt η γαρ εκείνος,

(x) conf. Gen. XXXVIII.

26 ubi haec verba leguntur:

επεγγω δε ικδας, καὶ επε δεδι-

καιωται Θαμαρ η εγω cer.



¶ CAP. II. IN QVO SUPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

aliis verbo: *descendit hic iustificatus domum suam non ille.* Inquiramus igitur in significatum, verbo διδασκωνος, nostro hoc loco tribuendum. B. HEVMANNVS germanice hanc vocem reddidit: *dieser batte Vergebung seiner Sünden erlangt, jener aber nicht.* Ex qua versione, vel me non monente, patet, cogitasse HEVMANNVM de remissione peccatorum, atque verbum διδασκωνος eodem sensu accepisse, quo idem in Systematibus, plerumque sumi solet. Rationem sic sentiendi hanc addidit Vir Cl: verbum διδασκωνος, nimurum, in N. T. tunc plerumque de Deo usurpari, cum peccata remittit, et peccatorem in suam denuo recipit gratiam. Pronocat porro ad formulam concordiae, quae p. 585 et 685 verbum, *iustificare*, eodem sensu sumat sensu, et inde concludit, E. διδασκωνος est, qui a Deo remissionem peccatorum suorum impetravit (y). At fateamur oportet, nobis huncce argumentandi modum non satisfecisse. Ne enim dicamus formulam concordiae, ad locum nostrum intelligendum facere nihil posse, ipse etiam HEVMANNVS, voce, qua vtitur, plerumque, concedere videret, alio quoque modo verbum διδασκωνος explicari posse. Scilicet dantur loca bene multa,

(y) conf. Christophi Augusti Heumanns Erklärung des Neuen T. den andren Theil S. 536. *Dieser - batte Vergebung seiner Sünden erlanget; jener aber nicht.* Dieses ist die rechte Uebersetzung: welches ich stückweise zeigen will; das Wort διδασκωνος wird in dem Neuen T. *insgemein von Gott*

gebraucht, wenn er die Sünden vergiebet, und den Sünder zu Gnaden annimmt. *Iustificare* est absoluere a peccatis, heißt es in der formula concordiae p. 585. und 685. διδασκωνος ist also einer, der von GOTT seiner Sünden Vergebung erlanget hat.

in quibus verbum δικαιούμενος significat, iustum et ad vitam aeternam, in beata cum Deo communione, transfigendam, idoneum declarare, ita ut quidem, si de peccatoribus, qui iusti declarantur, sermo fuerit, remissionem peccatorum includat, praeterea vero etiam approbationem animae indolis, illius, cui peccata remittuntur, benevolaque Dei, erga eum, voluntatis indicium secum ferat (z). Quem huius verbi significatum hic locum habere vel ex eo pater, quod Phariseus, remissionem peccatorum, quam sibi, tanquam diligentii Pharisaicorum praeceptorum (a) obseruatori non necessariam esse existimabat, non a Deo petierat. Non mirum ergo, si eandem quoque non fuisset consecutus! Aliud igitur bonum fuerit necesse est, quod a Deo postulabat Phariseus, nec difficile intellectu videtur, quale illud fuerit, si modo ad significatum verbi δικαιούμενος, quem vixdum indicauit.

(z) Inter plura, quae hoc pernent, loca, notetur in primis N. 13. c. 2di ex epist. ad Romanos, vbi A. ait: οὐ γάρ εἰ ἀποστολοῦ νόμου δικαιοί παρὰ τῷ Θεῷ, αλλὰ οἱ πονηροὶ τοῦ νόμου δικαιοθέντες. Iam vero de remissione peccatorum hoc in loco Paulus vel ideo loqui negquit, quod, qui legem obseruant, eadem non intelligent, neque, si ante peccaverint, legis obseruatione, a poenis promeritis liberari possunt.

Iustus igitur ab Apostolo hic loci dicitur, qui pro tali a

(a) Cuicunque habuerit hermeneuticam Pharisaorum curate cognoscere, is euoluat cap. si et 6 Matthaei, et si ad manus fuerit, Cl. MICHAELIS Abhandlung von den Ehegesetzten Mosis p. 260 sqq. Ita timique intelliget, facilime potuisse obseruari, Ethicam Pharisaorum.

36 CAP.II. IN QVO SVPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

mus, attenti fuerimus. Notum scilicet fauoris diuini atque benevolentiae indicium sibi dari cupiebat. Hinc templum petuisse dicitur, in quo sedem quasi atque thronum suum erexerat Summum Numen, e quo gratiam suam dispensabat, cuiusque aspectus vel solus Iudeis omni tempore gratissimus erat. Nec tamen, quae desiderabat, obtinuit, sed potius, Deo inuisus, eodem modo e templo abiit, quo illud petierat, cum publicanus contra, gratiam Dei, ad quam, miseriam suam sentiens, et peccata sua confitens, adeptus fuerit, et approbatus a Deo, discesserit. Caussam diuersi huius fati, in diuersa animi indole ex eaque orta precum diuersitate inuenies. *ψωσιν* nimirum vni, *ταπευωσιν* alteri tribuit I. C., et triusque naturam indagare, tacite iubet, cum ex hac demum asserti ipsius iustitiam dijudicare queamus. Vtramque vero Interpretes atque Theologi diuersimode descripsierunt, ita vi diuersis etiam superbiae, et quae ipsi opponitur, humilitatis Christianae, definitionibus condendis, occasionem dederint. Alii superbiam (etenim ab ea ordiemur!) Pharisaei in eo consistere arbitrantur, quod ad virtutes suas easque imaginarias, non aequa ad vitia, quibus deditus erat, attenderit. GROTIUM, video atque HEVMANVM pluresque alios hanc fouere sententiam, quam tamen, curatius si eandem considerauerimus, non amplectemur. Quamquam enim lubens concesserim, quod homines, prouti nunc sunt, facile se superbiae dedituri sint, si virtutes suas quotidie non aequa via contemplentur, quin admirentur: affirmare tamen non ausim, illum, qui virtutes quibus praeditus est, agnoscit, bonaque fide existimat, has vitia, ipsi forsitan adhuc inherentia, multum superare, quin impeditre, quo minus

minus via dominantur, non affirmauerim, inquam, eiusmodi hominem vel ideo *superbum* esse, nisi in genere contra sensum communem et ipsas nostras sacras litteras, superbos nominare velis, illos, qui perfectiones suas siue *physicas* siue *morales* agnoscere, mirari etiam atque si fieri potest, profiteri solent! Quodsi feceris, nae Christum et Apostolos etiam in superborum numerum referre oportebit (b). At! inquies, horum virtutes, hoc nomine, dignae erant, Phariseus autem, sua tantum imaginatione, pius et virtuti deditus! Sit ita, nec sic tamen hanc solam ob caussam, superbum eundem nominare licebit. Etenim Phariseus erat! Quid mirum igitur, si institutioni, qua a teneris usus fuerat, conuenienter, omnem pietatem hominumque virtutem, sola legum illarum custodia absolui credebat, quarum obseruatio in deliciis ipsius fuerat (c)? Haec tenus ergo bona fide

(b) Meam igitur facere nequeo sequentem *humilitatis definitionem*, e qua concludere licet, qualem superbiae conceptum sibi formauerint, qui illam proferant. *Die Demuth ist ein fester Schluß des Willens alle seine Gaben und Vollkommenheiten zu verläugnen und zu verborgen, und wo man das nicht kann, doch berzlich zu wünschen, daß sie der Welt verborgen seyn und bleiben möchten.*

(c) B. LA PLACETTE dans son traité de l'*Orgueil* à Amsterdam

sterdam 1700 p. 3. minus reète igitur superbiam descripsisse, existimo. *L'orgueil, n'est proprement autre chose, qu'une idée excessivement avantageuse qu'on a de soi même,* cum qua definitione conuenit idea superbiae, quam sibi et aliis formare voluit Auctor libri gallici, cui titulus, *les moeurs* p. 56 ed. 1751. *L'orgueil naît en nous de l'idée trop avantageuse, que nous nous sommes fournis de notre prétendu mérite.* Vterque hunc amoris proprii effectum, quem

58 CAP. II. IN QVO SVPERBIAE EIUSQUE OPPOSITAE

fide egisse Pharisaum arbitror, eoque magis, quo certius est, intelligi, si hypocritam eum fuisse statuamus, plane non posse, qui factum, ut propria ipsius iustitia, occasionem ipsi suppeditauerit, omnem in semetipsum, suam collocandi fiduciam vid. v. 9.

Neque cum aliis existimauerim, superbum vel ideo fuisse Pharisaum, quod sese cum aliis comparauerit, atque comparatione instituta, se illis meliorem esse reputaverit. Neque enim omnis cum aliis comparatio, etiam si vel maxime eadem illis non cedat honori, superbiam *statim* indicat, nisi denuo Christum (d) et Apostolos, superbiae accusare velis, quotiescumque utriusque suam virtutem pie-tatemque Pharisaorum illam atque falsorum Doctorum longe antecellere, dicunt atque affirmant; neque etiam comparatio, a Pharisaeo instituta, sola et antequam animum ipsius superbum fuisse, aliunde cognoscas, iniustum pro ipsius superbia, argumentum suppeditat, cum potius multitudo hominum, sua, qua vituebat, aetate, vitiis ditorum, et ipsius publicani, tanquam magni peccatoris, aspectus, comparationem illam, sponte quasi of-

ferre
quem germanice, die übertriebene und falsche Hochachtung unsrer selbst nominare velle, cum superbia confudit, quod ut ne haec, superbiam etiam non definiem: Ein Laster mehr von sich zu halten als sich gebühret, et contra, humilitatem, eine Tugend, so viel von sich zu halten als sich gebühret, conf. Cl. WOLFI cap. 630.

40. vel superbiam, eine allzu Einbildung von seinen eignen guten Eigenschaften und Vollkommenheiten, Vorzügen und Umständen, dadurch sich der Mensch in seinen eigenen Gedanken selbst erhebet, quae posteriora verba noua indigent definitione conf. Cl. STAPE. Sittenlehre d. 3. T.
(d) conf. in primis initium cap. 10mi Evangelii Iohannei,

ferre videretur illi, qui cum grauissimorum peccatorum fuga, exercitium talium virtutum coniunxerat, quas occlus Pharisaicus non poterat non admirari (e). Hinc in eorum quoque sententiam discedere nequeo, qui cum B. WOLFIO ad h. l. statuunt, gratias egisse Deo, Phariseum, non tam de suo bono, quam de alieno malo. Etenim verba, quae y. 12, leguntur, hanc non solum tollunt cogitationem, sed ipsa etiam, quam Phariseus instituit, comparatio, contrarium docet, cum, si non ad significatum, quem verbis illis: gratias ago cert. in vita quotidiana tribuere, eaque vel audientes vel ipsi proferentes, superbum cogitare solemus, sed ad totum ipsorum contextum atque scopum attenti fuerimus, facile nobis sit ad intelligendum, gratias egisse Deo Phariseum, quod ipsum haec tenus, scelerum illorum purum custodierit, quibus sese reliqui homines, in primis, quem videbat, publicanus, contaminauerant.

Denique non placent, quae B. VITRINGA, in obseruat. suis sacris (f) ad explicandam hominis superbiam

H 2 in

(e) Quid igitur de sequentibus superbiae et humilitatis definitionibus statuendum sit, iudicent lectores. Der Hochmut ist eine Gewohnheit sich andren wegen einer allzu hohen Meinung, die man von seinen eigenen wahren oder eingebildeten Vollkommenheiten hat, vorzuziehen. Die Demut ist eine Fertigkeit, die Vorzüge und Gaben, die man

hat, recht zu bestimmen, und sich keine grösere, seinem Nächsten keine geringere Vollkommenheiten beyzulegen, als würcklich in beyden vorhanden sind.

(f) Conf. B. VITRINGA
obs. sac. 1. 3. p. 149. Quisque, animaduerit, hunc Phariseum gloriabundum et intolerabilis plenum superbiae haec (quae sc. y. 11 leguntur)
apud

60 CAP. II. IN QVO SUPERBIAE EIUS OPPOSITAE

in medium protulit; scilicet, *Phariseos quaedam sibi adscripsisse, quaedam Deo, sibi quidem inclinationem voluntatis, Deo vero concursum prouidentiae, quo eos in bono adiuuaret.* Quae etiamsi erudita sint, ad explicandam ramen superbiam, quae quippe non tota in errore constitit, nihil faciunt, et praeterea etiam textui contrariari videntur, ex quo quiuis facilis negotio concludere poterit, quod Phariseus, vitiorum fugam non sibi sed Deo, eidem vero etiam seu eius prouidentiae, virtutum suarum exercitum tribuerit. Qui enim distinctione illa Theologica non fuerit imbutus, textumque adeo absque praeiudicatis opinionibus perlegerit, non poterit non arbitrari, *Phariseum, non minus gratias Deo agere, quod ipsum reliquis hominibus dissimilem effecerit, quam grata mente Deo acceptas referre virtutes illas, de quibus tantopere gloriabatur.* Sic igitur statuamus, quod Phariseus Deum pro Auctore virtutum illarum quibus alios antecellebat, reputauerit et vel ideo praecellentiam suam pro beneficio eoque insigni, a Dei gratia ipsi concessa, habuerit (g). Qua polita sententia, occasionem simul nan-

apud se enunciaisse verba. Nihilominus tamen introducitur a Christo dicens: *Gratias ago* cet. Vnde hoc? Quia, ut iam dictum, Pharisei sibi adscribabant aliquid, aliquid Deo; sibi quidem inclinationem voluntatis, Deo vero concursum, prouidentiae, quo eos in bono adiuuat.

(g) Superbum itaque si,

cisce
nous of living bio (2)
veritati conuenienter, reputauerimus, *Phariseum, non adaequatas statuamus simul oportet, sequentes superbiae et humilitatis definitiones.* Der Hochmut ist die Meinung, daß man die Güter und Gaben, die man hat, nicht von Gott empfangen habe. Die Demut ist ein lebendiger Vorsatz eines geheiligt Willens alle Güter

HVMILITATIS CHRISTIANAE, IDEAE, CET. 61

ciscemur superbiam ipsius, veramque eius indolem degendi. Quando enim, pro accepto tanto beneficio, gratias agit Deo, non eum in finem orat, ut gratitudinis officio fungatur, sed potius, ut fiduciae, quam in semetipsum collocabat, speique suae redderet rationem, fore ut Deo in posterum etiam gratus atque acceptus, tandem ab eo vitam aeternam, hoc ipso vero, quo preces fundebat, momento, nouum fauoris diuini, indicium consecuturus sit. Vitam itaque aeternam, nouumque illud benevolentiae diuinae indicium, non tam a Dei bonitate, quam potius a se ipso, qui tantis virtutibus micaret, exspectabat, quasi de iure, Deus vtrumque ei deberet, quem a contagio huius mundi, purum haec tenus seruauerat, atque praeclaris ornauerat virtutibus. Cui explicationi non contrariatur sed eam potius confirmat, quod idem ille Phariseus, virtutes, quibus ornatus erat, Deo acceptas referat. Id ipsum enim maximum superbiae gradum indicat, si quis, ob beneficia a Deo accepta, maxima, quae qua talia etiam agnoscit, huic denuo obligationem imponit, noua largiendi, eaque de iure a Deo exspectat. Ex quibus omnibus patet, preces Pharisaei, ex intentione I. C. ita a nobis intelligendas adeoque etiam supplendas esse: *O Deus! grata agnoso mente, beneficia, quibus haec tenus me ornare atque ab aliis etiam distinguere voluisti, insignia!* Tantum abest, ut iustum de-

H 3 bitum-

Güter des Glückes, der Natur, des Fleisses, alles was schätzbar an uns sowohl als an andren Menschen ist für unverdiente und freye Geschenke der göttlichen Vorsehung

und Gnade zu halten, Gott als die einzige wahre Ursache aller Vollkommenheiten und Gaben zu verehren und sich daher aller Hochachtung und Ehre unwürdig zu achten.

62 CAP. II. IN QVO SVPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

bitumque ipsis non assignem pretium, vt potius vel ideo ea magni aestimare soleam, quod ius mibi concedant, ipsam felicitatem aeternam, eiusque certissime consequendae, signum atque pignus indubitatum, quod aliis bene multis, in primis huic publicano, quem hoc priuilegio carere, loquuntur vitia, a quorum dominio liberare haec tenus eum noluisti, non poteris non recusare, a te o Deus! postulandi! Ascendi hunc in finem in Templum tuum, cuius aspectus vel solus animae meae oblectamento est, ascendи, inquam, non noui alicuius beneficii adipiscendi gratia, sed potius eum in finem, vt iure utar, quod beneficia tua mibi concedunt, quorum grata recordatio vel ideo et mibi et Tibi non poterit non esse incundissima. Contradictionem si vrgeas, quae in eiusmodi cogitandi modo, quallem haec tenus descripsi, animaduertere licet, insoliti nihil, te hic reperire, respondeo. Contradictionum cumulum in quoquis fere vitio, in superbia in primis facilissimo deteges negotio. Ne autem exempla earum deesse, videantur, ad ipsos illos prouoco Iudeos, quorum superbiam, hoc nostro in loco, reprehendere voluit Diuinus Magister. Hos Deus multis, praeterea aliis gentibus, cumulauerat beneficiis, atque insignibus ornauerat priuilegiis, et vel ideo plura, eosdem, a Deo expectasse beneficia, ipsamque adeo vitam aeternam, norunt omnes, qui Historiam Euangelicam et priora, P. ad Romanos, epistolae capita, attente perlegerunt. Videor itaque mihi, animum Pharisei superbum ita delineasse, prouti homini, Iudeos inter educato, conuenit, ita vt, si dicta in summam colligere liceat, cuius facile sit ad animaduertendum, hanc haec tenus fuisse, Pharisei superbiam, vt ius sibi tribuerit iura Dei laedendi. Violabat

HVMILITATIS CHRISTIANAE, IDEAE, CET. 63

bat haec iura, dum, fiduciam in semetipsum collocando,
Summo, quod a nemine pendet, Numini, necessitatem
atque obligationem imponebat, ipsum beandi. Etiam si enim
concedere in laesionem hanc, actu distincte non cogitasse
Phariseum, qui tam intelligent, ipsum aequo violasse
iura diuina, et vel ideo superbum nominandum. Neque
enim ad superbiam necessario requiritur, ut semper
sibi, aliorum, quae violat iura, repraesentet superbos.
Gradibus enim differt superbia, eodem modo, quo eos
in aliis vitiis etiam obseruare licet, ita ut, auarum v. g.
aequillum nomines, qui ab affectu suo peruerso abre-
ptus, aliis damna, quae sibi qua talia non cogitat, infert,
ac eum, qui animo deliberato, ut auaritiae suae satisfa-
ciat, bona aliorum minuit. Quae cum ita sint, superbii
nomen, meruisse Phariseum, tunc etiam statuamus,
oportet, cum vel maxime, iniustitiam, quam committe-
bat, iura Dei laedens, distincte sibi non repraesentauer-
it, licet magis magisque nomine illo dignum fuisse eun-
dem, lubentes, affirmemus, si idea huius laesioris ani-
mo ipsius praefens fuerit. Quod vero ad ius, iura diuina
violandi attinet, quod sibi tribuisse eundem existima-
mus, de eo ipsa Textus verba, tam clare testantur, ut
in dubium vix reuocari possit idem. Scilicet fiduciam in
semetipsum collocabat Phariseus, quae fiducia, cum,
prout supra iam obseruauimus, sit moralis, non nisi de
iure, seu facultate morali agendi, intelligi potest. Ori-
ebatur autem ex eius sententia, ius illud, e praerogati-
uis, quas ipsi concesserat benignissimum Numen; fidu-
ciam, ut cum T. loquar in semetipsum collocabat, quo-
niam pius, esset. Quam pietatem Deo acceptam retu-
isse, satis innuit gratiarum actio, in medium ab ipso
pro-

64 CAP. II. IN QVO SUPERBIAE EIUSQUE OPPOSITAE

prolata, ita ut clarissime appareat, priuilegia atque beneficia a Deo accepta, ansam praebuisse pharisaicae huic superbiae. Dum vero fīcto suo iure, in Templo orans, nouumque favoris diuini indicium a Deo petens, vtitur, alios etiam, publicanum in primis contemnit. Quem contemptum, verbis illis, gratias Tibi ago cet., exprimi equidem nego, cum haec non tam superbiam Pharisaei ipsam, quam eiusdem potius originem atque fundamentum nos edoceant: eundem tamen vel ex eo concludere licet, quod, prout supra obseruatum fuit, spem omnem sui in semetipso reponens Pharisaeus, aliorum iura naturalia agnoscere non potuerit, ita ut Deum supra, sese efferves, simul ius sibi tribuerit iura aliorum vel ideo laedendi, quod eos priuilegiis illis destitutos esse animaduēceret, quibus ipsum ornauerat Deus. Ex quibus omnibus patet, quae fuerit υψωσις illa Pharisaei quam C. in T. reprehendit, qualemque nobis superbiae ideam formare debeamus ad ductum Sacrarum litterarum.

§. XVI.

Exposita igitur superbiae indole, ad cognoscendam humilitatem pergit, quae publicanum ornabat Deo que adeo placebat, vt δεδικασμένος dimiserit eundem. Quum autem oppositorum opposita sit ratio, humilem illum vocabimus, qui ius sibi non tribuit iura aliorum violandi. Quem conceptum parabola etiam confirmat, docendo nos, publicanum, peccata sua agnoscetem, miseriamque, qua premebatur, viuide sentientem, ad gratiam Dei ita configuisse, vt nihil a se, omnia ab ea expectaret. Deo itaque, ius, ipsum puniendi, Deo iridem ius concedebat, poenas hasce remittendi, ius denique de ipso, prouti Deo

Deo lubuerit, statuendi. Hunc animum humilem, et vultus ei gestus et tandem preces ab ipso fusae, satis declarant. Nec iura aliorum naturalia violandi ius sibi tribuisse eundem, ex eo appareat, quod *procul stando* (h) satis ostenderit, se non dignum existimare semetipsum, qui in societate aliorum, Deum adorarer. Hos igitur, qui quippe virtutibus ipsum antecellere videbantur, priuilegio suo, intimiore aliqua cum Deo communione fruendi, exuere nolebat, ita ut, eum probe perspectum habuisse, constet, de iure naturali aliorum derogare, qui iura ipsorum aduentitia, quibus alii eos ornarunt, non reuereatur. Agnouit ergo iura aliorum naturalia nec quemquam contemtui habuit, sed potius vel ideo, *se metipsum depreffit*, quod aliorum iura aduentitia etiam reueritus fuerit, quam humillime.

§. XVII.

Quos haec tenus, superbiae eique oppositae humiliatis, in medium protulimus, conceptus, confirmant, alia loca, e quibus, pro instituti nostri ratione, iamiam feligemus *parabolam*, aut si malis *sententiam moralem*, quam apud Lucam c. 14. a v. 7-11. incl. legere licet, his verbis enunciata: *Dixit autem parabolam iis, qui vocati fuerant, attendens, quomodo primos acceditus eligenter, dicens eis; Quum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne discubito primo loco: ne forte honoratior te sit vocatus ab eo: Et is, qui te, et illum vocavit, veniens,*

I dicat

(h) Quod publicanus nosster (sunt verba B. LIGHTFOOT ad h. l.) in oratione sua inferius remotiusque stete-

rit, quam Phariseus, ex humilitate sua erat, ut probabile, potius quam ex necessitate.

66 CAP.II. IN QVO SVPERBIAE EIQVE OPPOSITAE

dicat tibi; Da huic locum: et tunc incipias cum ignominia ultimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade discubitum in ultimum locum, ut quam venerit, qui te vocavit dicat tibi; Amice, ascende altius: tunc erit tibi gloria in conspectu eorum, qui tecum discubunt. Nam quisquis se extollit, deprimitur; et qui se depresso, extolleatur (i). Duplicem huius parabolae fuisse scopum, GRO-TIO (k) facile concedo, alterum *speciale*, quem *v. 7.* satis indicat, *generalem* alterum, quem ex conclusione *v. 11.* colligere licet. Quod ad priorem attinet, ex occasione huius parabolae non minus, quam ex eius tenore et inde deducta conclusione, intelliget quiuis, voluisse Christum, Iudeorum superbiam, quam, ad mensam ab aliis vocati, testabantur, reprehendere. Quum enim,

sic

(i) *Ὕ. 7. ελεγε δε πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβόλην, επεκὼν πῶς τὰς πρωτοκλησίας εξέλεγοντο, λεγων πρὸς αὐτούς. Ὕ. 8. οταν καὶ θῆται υπὸ τίνος εἰς γαῖανες, μη κατακλιθῆναι εἰς τὴν πρώτην κλησίαν, μηποτε ευτιμοτερος σοι η κεκλημένος υπὸ αὐτοῦ Ὕ. 9. καὶ ελθῶν ο σε καὶ αὐτον καλεσάς, εἶδε σοι* ΔΟΣ ΤΟΥΤΩ ΤΟΤΟΥ* καὶ τοτε αὐτῷ μετανιώσυ· ΥΠΟΤΟΥΕΣΧΑΤΟΝ τοτού κατεχεῖν Ὕ. 10. αλλ οταν καὶ θῆται, προειθεῖς αναπεπον εἰς τὸν εσχάτον τοτού* ίαδα οταν ελθῇ ο κεκλημένος σε, εἰπη σοι φίλε, προσαναβήθης ανάτερον τοτε εἴσαι σοι δόξα ενώπιον τῶν*

συνανακειμένων σοι. Ὕ. 11. οτι πας ο ιψῶν εαυτού, ταπεινωθή, σταῖ καὶ ο ταπεινωμένος εαυτού, ιψωθήσεται

(k) conf. GRO-T. ad *Ὕ. 7.* (*παραβόλην*) Ita adpellat sequentem admonitionem: quia exemplo rei coniugalis ostendit, quid in omni vita, neque coram hominibus tantum, sed et coram Deo nobis sit faciendum: unde et generale inferunt pronunciatum commate *ii*, quod repetitum infra est c. *18*, *14*. minus ergo hic dicitur, plus significatur: quod est *παραβόλης*, ut eam vocem Hellenistae usurpant cert.

sic loquitur Lucas, obseruasset sc. *Christus*, quomodo pri-
mos accubitus eligerent, dixit ad illos, qui vocati erant,
sequentem parabolam, in qua *primo* quid prohibuerit,
contra vero iussit diuinus Legislator, *secundo* autem,
quibus rationibus praecepta sua fulcierit, consideran-
dum. *Vetat* §. 8. *Christus*, cum ab aliquo ad *conuiuinium*
(1) vocatus fueris, discumbere primo loco, eundemque
tibi eligere; *iubet* contra §. 10. vadere discubitum in *vl-*
timum locum. *Interdictum* nullis videtur laborare diffi-
cultatibus, cum, si primo discumbas loco, facile fieri
possit, vt (quod *Christus* etiam statim addit) ἐντιμοτερος
i. e. maiori honore dignus vocatus fuerit, tuque alium
locum, cum maximo tui dedecore, occupare cogaris.
Ad *mandatum* vero quod attinet, quaeri omnino potest,
cur *Christus* voluerit, vt praeter *vltimum*, alium nullum
occupes locum. Fierine enim potest, vt ad mensam cum
aliis vocatus, sive coniuuae caeteri adsint, sive non, plu-
res ipsorum honore antecellas, iureque adquisito, s. ad-
uentatio gaudeas, honorem hunc ab illis postulandi. Cur
itaque non alium sed *vltimum* nonnisi locum, occupare
teneris? Duriusne hoc postulatum videtur, eamque com-
mendare sive humilitatem, sive modestiam, quae sanae ratio-
ni, atque iuribus, quibus tota hominum societas nititur, con-
tradicit? *Quin!* humilitatem illam atque modestiam, quam
Christus hic commendat, ad *superbiā* et *arrogantiam* du-
cere, si statuerimus, nonne *Christus* ipse eiusmodi suspicio-
ni ansam dedisse videtur, hanc mandato suo addens ratio-
nen, *vade discubituu cet. vt quum venerit, qui te voca-
uit, dicat tibi: Amice, ascende altius: tunc erit tibi glo-*

I 2.

ria,

(1) Sumo, quod alii inqui-
etis argumentis probatum de-
derunt, *yaptes*, in genere con-
niua significare conf. etiam
Eth. I, s. c. 9, 22. apud
785 o.

68 CAP.II. IN QVO SUPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

ria, in conspectu eorum, qui tecum discubunt. Quas difficultates eo magis diluamus necesse est, quo magis refert, ut Ethicae praecepta, quae C. tradidit, sanae rationi vel maxime conformia esse, cuius pateat. Curatius itaque examinemus rationes, quibus interdictum suum non minus quam mandatum superstruere voluit Diuinus Magister. Quas si attentius considerauerimus, facile animaduertemus, quod hospiti Christus tribuat ius, loca conuiuiis ab ipso ad mensam vocatis, assignandi. Quod ius etiam quiuis eidem concedet, qui antiquarum et recentiorum bene moratarum gentium, de conuiuiis cogitandi modum, in mentem sibi reuocauerit. Scilicet, amicitiae, quae nonnisi inter aequales esse potest, indicium et quasi exercitium, conuiicia existimantur. Inter amicos autem, qua tales, dignitatis atque praeeminentiae nulla haberi solet ratio, hinc decoro non solum bonisque moribus, sed officiis etiam, quae amicitia imponit, aduersari videtur, ut ad mensam, cum aliis, nunc tibi aequalibus, vocatus, ad tua, si iisdem praeditus fueris, attendas priuilegia, eaque ab aliis etiam agnoscendi velis. Iuribus tuis aduentitiis vel fictis vel veris etiam renunciandum, et aequalitas naturalis restituenda, quae tibi nullam praे alii concedit praeminentiam. Quum tamen ex hypothesis, plures sint vocati conuiuae, qui omnes non possunt, eundem occupare locum, cum gradus praeterea in amicitia locum habere possint, primus que accubitus, tibi designatus, maioris quasi amicitiae, qua te hospes complectatur, indicium sit: huic tanquam totius conuiuii Domino tuoque benefactori, ius, sedem cuius conuiuarum assignandi propriam non denegabis. Et testatur experientia, expectari plerumque ab hospite,

quo-

quonam ordine, sedeant velit, conuiuae, quod ius ei-
dem a Christo etiam tribui vel ex eo adparet, quod se-
dulo non solum fingat, iubere hospitem, illum, qui pri-
mum occupauerat locum, vt alteri cedat, quod quippe
ius secum fert; sed addat etiam, ignominiae fore cedenti
hoc hospitis mandatum, decori contra atque honori, il-
li, quem, vltimum locum occupantem, ascendere iusser-
it hospes, quod iterum supponit, concedere reliquos
conuiuas ideoque et Christum, qui haec singit, hospiti,
ius, de quo loquimur. Nunc igitur videmus, cur C.
vetet, primum a quoquam in mensa occupari locum.
Nimirum conuiuis ius nullum competit, de sua, cum
ad mensam vocati fuerint, praeminentia iudicandi, sed
hospiti relinquant necesse est, quemnam pro ~~etiam~~ declarare velit.
Quum itaque ius tibi arrogaueris, hoc ho-
spitis ius laedendi, exaltare te temetipsum dicit D. Salua-
tor. Deinde ex antecedentibus etiam patet, cur C. quem-
uis ad mensam ab alio vocatum, vltimum iusserit occu-
pare locum. Scilicet ius tibi non competit hanc vel il-
lam tibi assignandi sedem. Qualemcumque autem, prae-
ter vltimam selegeris, ius tale tibi te tribuere existimandu-
s eris. Quum vero iure hoc careas, vltimum feligen-
do locum, profiteberis, te, quibuscumque alias gaudeas
iuribus atque priuilegiis, iure hoc destitutum esse, quod
soli hospiti concedendum. Quodsi feceris, adeo vt tibi
ius non tribueris iura aliorum laedendi, ea contra agno-
~~veris~~, tuamque, te hisce iuribus conuenienter gerendi,
obligationem, tunc, temetipsum te *depressisse* dicit San-
ctissimus Magister.

Quemadmodum vero ex dictis diuina I. C. sa-
pientia clarissime iam appareat: ita magis etiam admiri-
randi eandem nanciscemur occasionem, si, conferen-

70 CAP.II. IN QVO SVPERBIAE EIQUE OPPOSITAE

tes porro, cum scopo Christi generali sententiam hancce, quae primo intuitu specialissima videtur, intellexerimus, quam sapienter omnino Christus ab hoc casu speciali, in quo nulli liceat, semetipsum exaltare, ad omnem alium casum, argumentatus fuerit. Quum enim omnes homines aequalibus a natura gaudent iuribus, non solum non licet cuiquam de illis derogare, sed vel ideo ius nullum tibi competit, honorem externum vel praeeminentiam praे aliis tibi tribuendi, ne aliorum viles iura, sed ab aliis potius expectare debes, num et quounque iuribus suis naturalibus renunciare, quantumque tibi prae semetipsis praeccellentiam concedere velint. Vltimus ergo locus a te semper occupandus, donec alter, quem hac occasione, tanquam dominum tuum venerari debes, gradum eminentiorem tibi assignauerit. Quodsi feceris, temetipsum, maximo cum tui honore, deperseris; sin contra, magno cum tui dedecore, temet exaltaueris.

§. XVIII.

Quae haētenus de superbia eique opposita humilitate diximus, breuiter adhuc confirmare liceat, loco qui Matt. 23. a v. 6-12. incl. legitur: *Amāntque (sc. Pharisæi conf. v. 2.) primos accubitus in coenis, et primos confessus in conuentibus: et in foris salutationes et vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi. Vos autem ne vocamini Rabbi: unus est enim doct̄or vester, nempe Christus: omnes autem vos fratres estis. Et patrem vestrum ne quemquam vocate in terra: unus est enim Pater vester, qui in celis est. Nec vocemini doct̄ores: unus enim vester est doct̄or, nempe Christus. Sed qui maximus est vestrum, sit minister vester. Porro, qui se se extolle, deprimetur: et qui se se*

*fese deprimit, extolleterur (m). Non animus est, quae vi-
ri eruditii, LIGHTFOOTIVS, SCHOETGENIVS, WHIT-
BIVS, Cl. MICHAELIS in praelectionibus suis ad hunc
locum illustrandum in medium protulerunt, excerpere.
Sumimus potius, quod illi abunde demonstrarunt, l. C.
non in genere, vsum titulorum, de quibus loquitur T.,
prohibere, sed abusum potius Pharisaicum, superbam-
que arrogantiam, quam titulis illis p[ro]fe[re]re sole-
bant, Doctores Pharisaici vetare (n). Qui abusus in eo*

con-

(m) Υ. 6. Φιλουσι τε την πρωτοκλησιαν εν τοις δειπνοις και τας πρωτοκληδριας εν ταις συναγωγαις Υ. 7. και τους αποπλομεν εν ταις αγοραις, και καλειται ύπο των αυθεων, γαββι, γαββι Υ. 8. υμεις δε μη κληθητε γαββι. εις γαρ εστιν υμων ο καθηγητης, ο χριστος παντες δε υμεις αδελφοι εστε. Υ. 9. και πατερα μη καλεσητε υμων επι της γης εις γαρ εστιν ο πατηρ υμων, ο εν τοις ουρανοις. Υ. 10. μηδε κληθητε καθηγηται. εις γαρ υμων εστιν ο καθηγητης, ο χριστος Υ. 11. ο δε μειζων υμων, εστιν υμων διάκονος. Υ. 12. οσις δε υψησει εαυτον, ταπεινωθει επιτετο. και οσις ταπεινωσει εαυτον, υψωθησεται.

(n) conf. interpretes Bero-
linenses ad Υ. 7, 8, 9, 10.

Divers titres, que prenoient les Docteurs Juifs. Cette coutume ne s'étoit introduite que peu de tems avant J. C. selon le rapport des Rabbins eux mêmes. Depuis ce tems - la chaque Docteur affectoit de se faire des disciples, en enseignant des maximes particulières. C'est ce que J. C. ne veut pas que ses Disciples fassent, parce que ne devant suivre que les maximes de leur commun maître, savoir Jesus-Christ lui même, ils devoient aussi se regarder comme frères. Il ne condamne donc que l'abus et l'ambitieuse recherche de ces titres, qui en quelques occasions peuvent être legitimes, pourvu qu'ils n'ailleot point à ôter à Dieu et à J. C. l'empire souverain, qu'ils doivent avoir sur les consciences.

72 CAP.II. IN QVO SVPERBIAE EIUS CETERA

consistebat, ut, qui vel Rabbi, vel Pater vel denique
 catecheta vocabatur, infallibilem se esse imaginaretur,
 atque ab aliis pro tali vellet haberi. Ius itaque, in alio-
 rum conscientias hi doctores sibi arrogabant, quos con-
 tra disputans Christus, *primo* in v. 8^o ostendit, iusti-
 te, aequalitati hominum naturali, qui quippe omnes fra-
 tres sint, contradicere; *deinde* eum, qui sibi eiusmodi ius
 tribuat, Dei iura laedere, qui solus sit infallibilis v. 9.
 Pergit *tertio* Christus, adhortando ad modestiam, quam
 ex humilitate Christiana necessario sequi, infra ostende-
 mus, adhortatur, inquam, discipulos suos, ut, si qua
 polluerint prae aliis praecellentia, eam non in detrimen-
 tum sed in utilitatem aliorum impendant, eoque magis,
 aliis, tanquam a natura sibi aequalibus, inferuire stu-
 deant, quo maioribus prerogatiis praediti deprehen-
 dantur. Cui adhortationi sequens addit motuum; *ostegit*
de ueracitate eatorum cet. Quam exaltationem, non ita inter-
 pretari licet, ac si vetasser Christus, *ut si maioribus prae-*
aliis, priuilegiis aut dotibus praeditus fueris, te eos ante-
cellere non agnosceres. Etenim concessit Christus discipulis
 suis ius, titulis seu nominibus, quibus ab aliis, pro ra-
 tione dotum vel munerum, distinguantur, vtendi; *sup-*
ponit etiam v. 11. maiores dotes et eminentiora priuilegia.
 Reliquum ergo est, ut veterit, hisce dotibus vel priu-
 ilegiis, in detrimentum iurium, aliorum, naturalium,
 abuti, illisque ius aliquod imaginarium, iura haecce vio-
 landi, superaedificare; contra vero iusserit, iuribus illis
 aduentitiis nonnisi ad conseruationem vti, iurium natura-
 lium, iisque conuenienter.

CAPUT

CAPVT TERTIVM
IN QVO

NOSTRA SVPERBIAE EIQVE
OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE
THEORIA FVSIVS EXPLICATVR.

§. XIX.

Quum itaque, quid Sacrae litterae, de superbia, et quae ipsi opposita est, humilitate Christiana, nos credere iubeant, ostendisse nobis videamur, liceat in *naturam* vtriusque et diuersos exinde oriundos *effectus*, deinde in *originem* superbiae non minus, quam humilitatis Christianae, denique in *media* etiam inquirere, quibus animis superbus sanari, humiliis vero vel generari vel conferuari possit.

§. XX.

Didicimus vero e Sacris nostris litteris, eos esse *superbos*, qui ius sibi tribuunt iura aliorum laedendi, *humiles* contra, qui ius hoc sibi non tribuunt, sed iura aliorum reverentur, iisque conuenienter agunt et viuunt. οὐ περφάνωσι ταπεινωσι vocare solet Scriptura i Pet. V. 5. Iac. IV. 6. Neque tamen aut *superbi*, aut *humiles* illi statim nominandi, qui aliquando *superbiae rei* fuerunt, vel *humilem aliquam patrarunt actionem*, etiam si ad omnes omnino *superbos* atque *humiles* *superbiae* et *humilitatis* notiones applicari possint. Quicunque nimis virtuti alicui aut opposito vitio deditus est, non ex hoc vel illo actu sed ex *habitu*, dijudicandus. Vnde illum in superborum numerum non statim referre licebit, quem su-

K

perbiae

74 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

perbiae vitium committere deprehenderis; nec eandem ob rationem, humilis ille statim nominandus, qui occasione sic iubente, humilitati studuerit. Quae eo pertinent, vt, quomodo superbia aequa ac humilitas *primo* respectu personarum, *gradu* differant, ostendamus. Maior sc. in illis superbia, maior etiam humilitas, qui hunc sibi, animo deliberato, quoties agunt, praefigunt finem, vt ius suum ostendant, iura aliorum laedendi, vel contra; minor vtraque in illis, qui superbia atque humilitate, mediorum instar, vtruntur, quibus alios fines obtinere student. *Habitu* in illis, non aequa in his obseruabis, quem homini, vicio alicui vel virtuti dedito, nomen dare, inter omnes constat. Sed alia etiam ratione, gradibus differre superbiam oppositamque humilitatem, intelligemus, si secundo, ad diuersa illa iura attenti fuerimus, quae laedendi nec ne, ius sibi tribuunt superbis humiliisque. Sunt ea vel diuina vel humana; haec autem sive *naturalia* omnibusque *communia* sive etiam *aduentitia*. Illa laedendi, qui sibi ius tribuerit, eum, eo maiori laborare superbia, lubens concedes, quo certius non solum est, iura ista sanctissima esse, sed quo facilius etiam creditu, eiusmodi superbum iura aliorum sibi aequalium non magni esse aestimaturum. Maior etiam superbia, quae ius sibi tribuit, iura aliorum aduentitia non solum, sed naturalia etiam violandi. Quodsi vero superbia eodem gradu crescit, quo sanctiora fuerint, quae violat iura; humilitas contra augetur, quo minoris dignitatis fuerint, quae reuereri solet iura. Denique gradus superbiae et humilitatis diuersi, e diuersis, quae vtramque generant, oriuntur causis, de quibus deinceps quidem fuisse, hic vero breuiter monendum, ius illud, quod sibi tribuit

tribuit superbis, vel nullis vel apparentibus quibusdam atque grauitate apparenti, diuersis, niti rationibus. In *priori casu* superbia erit maior, maxima etiam nominanda, quo plures in promptu fuerint raciones, quae *nullitas*. *tem*, vt ita loquar, eiusmodi iuris clare doceant. In *posteriori casu pro diueritate rationum*, atque de iis iudicandi facultatum, diuersi existere possunt, superbiae gradus. Humilitas contra maior, quo plures eiusmodi *ad- f*unt atque cognoscuntur, raciones, quas ipsa refutet; minor, si tales vel non adfuerint, vel non multum persuaserint.

§. XXI.

Ex haec tenus dictis sequitur distinctio *superbiā* inter, qua Deum supra, nos extollimus, et eam, quam aliis creaturis ratione praeditis testamur; itidemque inter humilitatem, qua Deum colimus, et eam, quam aliis testatam facimus. Quas distinctiones, sicuti e nostris definitionibus prono alueo fluunt, easque vel ideo, cuius extra partes constituto commandant, exemplis etiam, e Sacris litteris, desumptis, confirmare possumus. Suppedit nobis Phariseus ille, de quo cap. anteced. sermo fuit, ytriusque superbiae exemplum; publicanus ytriusque humiliatis. Simile superbiae exemplum nobis considerandum offert, populus Iudaicus, qui, dum ius sibi tribuebat, Dei iura violandi, aliis quae sibi arrogabat iura, iure quodam suo, denegare posse existimabat (a). Aliter

K 2

Chri-

(a) Loqui solemus in *Germany nostra, vom geistlichen Hochmutbe*, quae distinctio, si hoc nomine digna est, nihil

aliud, indicare videtur, quam eiusmodi superbiam, quae e causis seu rationibus, a Deo rebusque diuinis desumptis, originem

76 CAP.III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQVE

Christus, qui per totam, quam hac in terra, vixit vitam, iura patris sui reueritus, sese ipse ταπεινον τη καρδια non solum vocauit, sed in omnibus suis actionibus etiam, humilem erga proximum sese demonstrauit.

§. XXII.

Clarius autem veram superbiae et oppositae humiliatis naturam cognoscemus, si, quomodo a cognatis vel vitiis vel virtutibus differat vtraque, intellexerimus. Ab iniustitia incipiamus. Iura aliorum laedere iniustum, inter omnes constat. Nec tamen omnes, dum iniustam committunt actionem, iura illa agnoscunt, tenaciter potius saepissime ea negantes, nec, si agnouerint, iura aliorum a se laedi, hoc, iure quodam suo fieri posse, existimant omnes. Dantur interea quoque iniusti, quos viideas iura aliorum agnoscere, simulque sibi ius illa violandi, tribuere; in quo, cum consistat superbia, facile nunc est ad intelligendum, superbiam esse maximam omnino, quae cogitari potest, iniustitiam. Quodsi enim illum, suo merito appellaueris iniustum, qui aliorum laerit iura, quanto magis ille hoc nomine dignus existimandus erit, qui, vt iura aliorum, quae ipse agnoscit, violet, ius aliquod, sibi singit, quo, si fieri posset, iniustitiam suam excuset. Omnis igitur superbia, maxima simul est iniustitia, non omnis contra iniustitia illo nomine compellanda vel vero e superbia originem ducere suam, putanda erit. Nec minus ex hacce comparatione, stultitia vere ridicula optime cognosci potest, quam superbo animo tri-

ginem dicit suam, ita vt *superbia spirituali* laboret is, qui *omnia alia, iure quodam, a Deo expectare posse, existimat et ob beneficia a Deo accepta,* vel ideo alios contemnit.

tribuere solent, quicunque de eo vel confuse tantum cogitant sive loquuntur. Quid enim magis stultum, risusque magis dignum, quam contradictionia si coniungere atque vnire volueris? Quid vero magis sibi contradicit, quam ipso illo momento, quo ad iura aliorum agnoscenda, coactum te vides eaque violare tibi proponis, ad ipsam illam ideam iusti iniustiae confugere, quam obliteratam imo oppressam esse vehementer desiderare deberes. Etenim vel iniutus agnoscere teneris, differentiam iustum inter et iniustum, cum iura aliorum agnoscas; dum vero laedere eadem volueris, debilitates oportet sensum iusti atque iniusti! Et quomodo rem tuam agis? Ad ideam illam procul dubio non amplius attendes? Contra vero eadem yteris, tuam ut stabilias iniustitiam. Vnde non solum, quomodo constitutio hominis moralis, a superbo penitus turbetur, imo tollatur, appareat, sed etiam facile est ad intelligentium, quod superbia non leue sit parui animi indicium, qui ad sanae rationis principia non solum non attendar, (p. §. V.) sed inconstans praeterea, ad ipsa ea confugiat arma, quae vixdum contemtui habuerat.

§. XXIII.

Vel maxime autem differt superbia, ab amore honoris s. gloriae. (Ehrliebe, Ruhmbegierde.) Quae differentia hic loci, eo magis ostendenda erit, quo saepius vtraque confundi soleant, quin amor s. studium honoris a multis male eruditis, vel inter vitia seculi numeretur vel pro superbia ipsa eiusque charactere primario habeatur. Qui clamores intempestivii cessarent procul dubio, si, curiosus, quid sit ille amor honoris vel noscent declamatores illi vel attentius etiam considerare vellent, neminem,

K 3

78 CAP.III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

ne ipsis quidem exceptis, honore aliquo, ad vitam beate transigendam carere posse. Est autem honor, s. gloria quem Graeci δόξαν nominasse constat (b) bona aliorum de nobis opinio signis quibusdam declarata. Qui verbis bonam de nobis opinionem manifestat, nos laudare, qui factis, nos reuereri, dicitur; si vero in utroque casu multitudine accedat, gloria in specie et fama oriuntur. Quodsi bona aliorum de nobis opinio eos impulerit, ad concedendum nobis maiora, ac quidem a natura praediti sumus iura, auctoritatem consequimur, maiorem vel minorem pro multitudine vel paucitate, gravitate vel leuitate iurium, quae naeti sumus. Vnde existit differentia honorem inter externum atque internum. Per illum intelligimus PRAECELLENTIAM, sive dotum, quam alii, de nobis iudicantes, prae aliis, nobis concedunt, sive iurium, quam iidem nobis tribuunt; per hunc in genere bonam aliorum de nobis opinionem signis declaratam, absque eiusmodi praecellentia (c). Vterque bonam aliorum de nobis opinionem supponit, quam, e signis concludere solemus. Quum vero experientia teste,

multi

(b) Conf. la dissert. de l'influence des opinions sur le langage et du langage sur les opinions par M^E. MICHAELIS p. 23 sqq.

(c) Rationem, quae nos impulit, ut hoc modo definiremus honorem *externum* et *internum* in ipsa *bonoris definitione*, latere qui quis non poterit non animaduertere. Quando alii, honorem internum

pro ipso bono aliorum indicio habent, per externum vero, declarationem huius opinionis, signis quibusdam factam, intelligunt, obseruasse non videntur iidem, honorem, qui signis non fuerit declaratus, hoc nomine non esse dignum, nisi, quod hic accidisse puto, existimationem (die Hochachtung) cum honore confundere volueris.

multi signis illis vtantur, nec tamen eum in finem, vt bonam, qua carent, de nobis opinionem declarent: orta mox est distin^{tio} inter honorem *verum* et *apparentem*. Denique errare possunt homines, de aliis iudicaturi, quo sit, vt signis quibusdam, vel nobis tribuant dotes aut iura, quibus praediti non sumus, vel vero minus etiam ac par est, nobis concedant. Quod etiam tunc accidere potest, si nobis vel blandiri, vel vero nobis obesse volunt. In utroque casu constitutioni rerum naturali non agunt conuenienter, vnde honor ipsorum, quo nos concedorant, *injustus*, et contra *ius* nominandus, si veritati conuenienter, signis, bonam suam de nobis opinionem, declarauerint. Quibus praemissis, facile est ad intelligendum, *desiderium honoris interni* atque superbiā, toto, vt aiunt, coelo differre. Neque enim, qui bona aliorum de se-metipso opinione, signis declarata, dele^tatur, iura aliorum violandi, ius sibi tribuit, neque is etiam, qui tale ius sibi arrogat, semper (vti deinceps ostendemus) aliorum optimis de seipso iudiciis dele^tatur, sed potius ea contemnit aliquando. Quidquid! honoris cupidum aliorum iura reuereri in propatulo est! Quam enim felicitas nostra naturalis non solum, sed moralis etiam, diuerso licet modo, a iudiciis aliorum pendeat, iudicia haec vero non sint in nostra potestate, nae is iura aliorum laedere nunquam erit dicendus, qui ab aliis, quid liberrime de ipso iudicaturi sint, expectat. Concedendum enim prius aliis eiusmodi ius, quam iudicia ipsorum tuam mereri attentionem existimare potueris. Hinc tantum etiam abest, vt sacrae litterae *h[oc]* honoris interni desiderium esse peccaminosum, statuant, vt idem potius non commendent solum vid. Rom. XIV. 18. sed iubeant etiam

Phil.

80 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

Phil. IV. 8. tanquam medium, quo sanctiores fieri possimus. Heb. X. 24. Eodem modo pronunciandum esse censemus, si de honore externo sermo fuerit. Quum enim laus non solum atque reuerentia ab aliis tibi exhibita, sed au^toritas etiam, qua te ornauerint, felicitatem tuam naturalem aequa ac moralem promouere queant, praeterea quoque sine iuribus aduentitiis nihil efficere possis, siue utilis siue adeo magni, ita ut omnia, quibus condecoraris munera, honorem illum externum supponant atque includant: quid clarius, quam quod honor iste nihil in se habeat vitiosi, nihil, quo, si eum appetas, ius tibi te tribuere, videri possis, iura aliorum laedendi, cum contra, *si gloriae amor fuerit veri nominis*, ius ipsis concedas vel te laudandi, reuerandi, iuribusque aduentitiis donandi, vel omnia ista tibi recusandi. Quae si nobis concesserit benevolus lector, porro etiam nobiscum existimabit, superbiam nullatenus prae se ferre illum, qui, cum vel ipse suas senserit dotes, vel ab aliis etiam testimonia suae acceperit idoneitatis, iura quaedam appetit aduentitia, dummodo illa non *rapiat*, sed ab aliis conferenda esse, eodem modo existimet, quo, num recte de suis iudicet dotibus, nec ne, non sibi soli, sed aliis in primis credere oportet, denique etiam non eum in finem iura aduentitia quaecunque desideret, ut nonnisi opportuniorem nanciscatur occasionem iura aliorum laedendi. Ab his casibus si discesseris, non licitum solum, sed vel commendandum Christiano, studium honoris existimamus, vnde etiam, quid ad quaectionem illam quorundam respondendum, facile patet: nimirum liceatne Christiano honorem appetere, et si liceat, quomodo? vel tanquam finem vel tanquam medium? Ad primam huius quae-

OPPOSITAE HUMILITATIS CHRISTIANAE CET. 81

quaestionis partem sic respondemus: Quum vterque honor tam internus quam externus, nostram felicitatem physicam aequa ac moralem promoueat, non licere solum sed iustum adeo esse, vt vtrumque appetamus legitimo modo. Ad alteram vero quaestionis partem quod attinet, liceat affirmare, eam tantum non omnem esse λογοταχιαν. Qui enim studium honoris inter bona, quae Christianus patrare debet, opera, numerare nolunt, sed idem eatenus tantum licitum esse affirmant, quatenus medii instar, ad bona opera consideratur, non cogitare videntur, quod illi non admodum errant, qui hoc ipsum medium, boni operis nomine, insigniunt. Deinde non animaduertere solent iidem, studium honoris, quod tanquam medium ad felicitatem nostram moralem, quam summum hominis finem esse debere, iubet Deus naturae Author, in primis commendamus, alio respectu finem, sed subordinatum nominari posse. Quamquam itaque studium honoris nec debeat, nec possit etiam, si status tuus moralis non fuerit turbatus, summus atque unicus affectum tuarum finis esse: inter plures tamen fines coordinatos, qui simul sumti, media sint, quibus statns tuus moralis perficiatur, hunc etiam tibi salua conscientia proponere licebit. Hinc sacrae litterae etiam studium honoris non tantum vt medium sed vel maxime vt finem etiam proponunt, iisque vitam promittunt aeternam, qui δοξαν και τιμην quaerunt. Rom. II. 7.

§. XXIV.

Caveamus itaque, vt ne studium honoris cum superbia misceamus. At! neque ambitionem (der Ehrgeiz) superbiae in omnibus aequiparari velim, cum magna inter vtramque obseruari queat differentia. Intelligimus

L

vero

82. CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQVE

vero per *ambitionem*, *honoris amorem male ordinatum*. Quum itaque honos in genere nitatur bona aliorum de nobis opinione signis etiam declarata, verus honor primo requirere videtur, ut iustum cuius de nobis iudicanti locum assignemus. Sine dubio autem primus Summo competit Numini, iudici illi falli nescio atque veraci. Dantur dein casus in quibus, praeter Deum, alias nullus eodem modo de nobis iudicare potest, ac quidem nosmetipsi possimus (d). Denique de aliis quibusdam rebus, si a Deo discesseris, non nobis sed aliis certo iudicare licet, ita ut aliorum saltem iudicio magis ac quidem nostro proprio eredamus (e). Hunc ordinem vero ambitio-

(d) De sinceritate animi
praeter Deum, mens ipsa sola,
certo iudicare potest, ita ut
equidem *in genere cognitum*
atque *perspectum habere queat*
homo, motiva actionum sua-
rum, sintne iusta vel iniusta,
nec tamen, tam plene ac di-
stincte omnes, quibus ad a-
gendum vel non agendum im-
pellitur, rationes, cognosce-
re ipsi datum est, quod P.,
qui Corinthios, male de ani-
mi ipsius intentione iudican-
tes, reprehendit, clare atque
apposite ad animae humanae,
fibi ipsi ignotae, constitutio-
nen, sequentibus expressissime
videtur verbis: *αὐτεγγάρμαντα*
στύγοις αλλ τυκ ἐν ταῦτω δέδι-

καταρματαί ο δε αναγρηγα με,
χνυσος εσιν vid. 1 Cor. IV. 4.

(e) De nostris meritis at-
que ad has vel illas res pera-
gendas, idoneitate, de labori-
bus nostris ad promouendum
veritatis atque virtutis regnum
susceptis, alii iudicent oportet!
Neque enim nos homines ii-
sumus, qui omnes, in quibus
veritas quasi posita est, nexus
simil intueri atque sine erroris
periculo pronunciare posse-
mus, veritatem, tunc inpri-
mis, cum eam multo labore
ac sudore indagavimus, a no-
stris solum stare paribus. Im-
pediri amor, quo infelix nasci-
mur, proprius, quin ipse ad
per-

bitiosus vario modo turbare solet. Vel enim Dei iudicium negligit homo felicitatis *physicae* atque *praefuitis tantum cupidus*, illique vel ideo iudicium hominis, multitudinis praesertim praefert, vel suum etiam atque amicorum, quos ad *re* suum referre deberet, omnibus aliis praecellere statuit, et huic iudicio conuenienter, veram contra honoris naturam, alios iudicare debere, omnibus neruis contendit. Quum porro honor, si veri nominis honor fuerit, bonam aliorum de nobis opinionem supponat, nec signa absque re signata aliquid valeant; ambitiosus contra, honorem apparentem anhelans, in signis externis non solum acquiescit aliquando, sed ea sola in primis etiam expedit atque vehementius postulat. Etiam si denique, qui alias corporis et animi dotibus antecellit, vel ideo nullo iure gaudeat postulandi iura aduentitia, quae scilicet ab aliorum libera voluntate simpliciter pendent, ambitiosum tamen *honoris externi* quin auctoritatis desiderio flagrantem, videbimus, siue honore interno atque externo dignus fuerit, siue non, ita ut hunc etiam ad se *rapere* studeat plerumque, illo plane neglecto. Vnde concludere licet, quod ambitiosus, aliter ac verus honor permittit, eodem non tanquam medio, quo felicitas eius moralis vel conseruari vel augeri possit, vtatur, sed eum pro fine eoque summo reputet, omnibus, iniustis etiam mediis obtinendo. Ex quibus facile est ad iudicandum, quomodo ambitio differat a superbia, et qui fiat etiam, ut una sine altera saepe existat vel vtraque etiam ita sit coniuncta, ut vnam generasse alteram dicendum sit. Quemadmodum nempe multi, auaritiae nonnisi ex immo-

L 2 dica

perfectionem instinctus, quo etiam causis, in nostro iudicio minus in hoc atque similibus acquiescere possimus.

84 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

dica eaque naturali timiditate dediti sunt: ita non raro fieri potest, vt quis ideo ambitiosus euadat, quoniam magis ac par est aliorum timer iudicia et vel ideo bona omnia, bonae aliorum de seipso opinioni postponit. Non mirum ergo, si talis ambitiosus, similis in omnibus illi auaro, qui pecuniam videns, felicem se iamiam esse existimat, iudicia hominum signis declarata, inuisibili Dei iudicio praeferat. Dantur vero etiam auari, qui, vt felicitati suae physicae atque voluptatibus suis satisfaciant, pecuniam iusto vehementius desiderant. Eodem modo, is, qui animaduertit, honorem comitari solere diuitias, voluptates varii generis cet. illum externum in primis, hisce si delectatus fuerit bonis, anhelabit. Vterque si scopum legitimo modo consequi non poterit, ad media illegitima, suo desiderio vt satisfaciat, configuet, quae inter superbia facile princeps est. Denique eadem superbia, aliorum iuribus laedendis semper intenta, ambitione grauida incedit. Contrariatur enim eius naturae, iura aliorum non violare, et aequalitatem ipsorum, ne dicam priuilegia atque praeminentiam ferre. Quatenus igitur ambitio iubet, vt aliis nos net ipsos vario modo praeferamus, eatenus omnis superbus non potest non esse ambitiosus, sed non omnis ambitioni deditus semper aequa superbus nominandus.

§. XXV.

De *arrogantia* eiusque a superbia discrimine, tempus videtur esse, dicendi. Quum autem illius natura, vix intelligi possit, nisi virtutem ei oppositam, *modestiam* nimirum prius habeamus cognitam, deinceps de arrogantia loquemur. Iam vero ad ea vitia pergimus, quae *humilitati* e diametro opposita sunt, quamquam unum

humilitatis et *arrogantiae* ob *modestiam* supra *corum*,

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE CET. 85

corum, non raro cum illa misceri et a multis pro ipsa
haberi soleat humilitate. De *contemtu nostri* (*Selbstver-
achtung*) nos loqui, quiuis animaduertit! Existimo au-
tem, contemnere illum semetipsum, qui se omnibus per-
fectionibus naturalibus aequa ac moralibus indignum iudi-
cat, adeoque iis carere, nec iura vlla sibi nata esse, arbi-
tratur. Quam descriptionem si quis audiuerit, in eam
forstian incident cogitationem, nos loqui, de centauro ali-
quo morali, nullibi existente. At valde rogamus lecto-
rem, velit experientiam curatus consulere, vel si occa-
sione careat, obseruationes morales instituendi, ea tan-
tum legere, quae B. ZIMMERMANNVS Tigurinn: Theo-
logus Cl. sub nomine *Phileleutheri Helvetii* in libro per-
eruditio de miraculis, quae Pythagorae cet. tribuuntur,
cap. 7^{mo} p. 105 seqq. de ingenio, moribus et doctrina
Francisci Assisi ad dictum *Βιογραφίας a Boniuentura* con-
scriptae et *Alcorani Franciscanorum* scriptum reliquit;
nec dubitamus, quin nobiscum statuat in posterum qui-
uis, existere adhucdum aliquos *Francisco* plus minus si-
miles. Nostri autem instituti ratio non permittit, vt vel
plures addamus obseruationes vel possibilitem eiusmodi
contemtus, quam quilibet e principiis cap. primo positis
atque adeo e turbata constitutione nostra morali facile sibi-
metipsi demonstrabit, fusius ostendamus. Satis et bene-
uolo lectori et nobis fecisse arbitramur, si, quantum di-
stet ab humilitate, contemtus ille, exposuerimus. Nec
multis verborum ambagibus opus erit ad docendum,
eiusmodi contemtum vel proxime e superbia originem
ducere suam vel certe tamen eam includere. Quum
enim, qui seipsum contemnit, bona et sua et aliorum de
semetipso iudicia negligat, etiam, vbi sensus internus et
supra

L 3

con-

86 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

conscientia veritatem horum iudiciorum confirmare possent, nae is iura Dei et hominum violandi ius sibi tribuere dicendus erit. Iura Dei inquam; Huicne enim ius competit, tibi praecipiendi, vt perfectiones quascunque ab ipso tibi largitas, noscere, fouere, seruare, quin finibus Summi Numinis conuenienter vti atque aliis etiam in eius gloriam manifestare studeas. At! quot quantisque perfectionibus praeditum te esse senties, dummodo volueris. Quot! et quam sacra iura tibi concessit benignissimum Numen, inter quae hoc imprimis eminent, vt iure gaudeas de iustitia seu iniustitia actionum tuarum iudicandi! An itaque iura illa vel negare vel iis non vti, impune tibi licebit? Videsne te hoc agentem, iura Dei violandi, ius tibi tribuere? Nec dicas vellem, te tua culpa indignum factum esse omnibus hisce priuilegiis! Quodsi enim Deus tibi pro gratia sua inexhausta, in posterum etiam priuilegia ista concedere velit, maiora etiam, Christiano offerat, num gratiam illam contemnes teque ea superiorem esse imaginaberis, ita vt ipse Deum, quem gratia sua dignum vel indignum declarare debeat, docere velis. Eiusdem superbiae accusandus eris, si alios homines bene de rebus tuis, quae quasi ad ipsorum forum pertinent, iudicantes, audire nolueris. Etiamsi enim fallere possint homines, saepiusque fallantur, cum de animorum intentione iudicium ferunt, raro vel potius nunquam fallunt, cum vnanimi fere consensu, de tua, ad hanc vel illam rem, idoneitate et p[re]a[ct]e aliis etiam praecellentia, statuunt, tibique iura nonnulla aduentitia lubentes et sua sponte concedere volunt? Nec ad conscientiam, quae plane alia te edoceat, tunc prouocare licet, cum facta procul dubio, bonam aliorum opinionem stabiliant atque

-100-

atque confirmant. Neque etiam in hac causa, sensus tuus proprius solus audiendus, sed ratio atque idea iusti iniustiae consulendae, quae certo certius, te edocebunt, iura aliorum in hoc, de quo loquimur, negotio, esse reuerenda. Quodsi non feceris, noli irasci, dum contemptum tui, quem prae te fers, *amori proprio*, qui alios negligit, sibi tantum placet, *ambitioni*, extraordinaria, vt eo citius, scopum, quem intendit, obtineat, amanti, quin *superbiae*, tribuerim. Ex quibus patet, animum humilem, nec *plus*, nec *minus* etiam *vel ideo* sibi tribuerre, ne *plus* quam par est, sibi arrogare videatur. Quamquam igitur contentus ille humilitati e diametro oppositus sit, saepiusque etiam amori proprio et quae eum comitari solent, ambitioni atque superbiae originem suam debeat: negari tamen nequit, oriri eundem posse ex aliis etiam causis, praesertim ex imaginatione corrupta et ex ea oriundo fanaticismo, ita tamen, vt, turbata vel maxime per eiusmodi imaginationem constitutione hominis morali, amorem proprium atque superbiam, ad partes suas trahat, et utramque generet atque procreet.

§. XXVI.

Alterum, quod *humilitati*, neque ortum debet, neque cum ea miscendum est vitium, oritur *ex animo abiecto*, atque germanice vocatur die *Niederträchtigkeit*. Cl. WOLFIUS non male, hoc vitium, esse, dixit, *defectum amoris gloriae seu honoris*. Quo cum humiliis laborare nunquam possit, qui quippe et sua et aliorum simul, iura reueretur: primo statim intuitu patet, nullam humilitati cum hoc vitio intercedere cognitionem. Propius contra cum superbiam cohaerere videtur. Cui enim

88 CAP.III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUI

enim vitia, horrenda etiam, obloquente conscientia, aequa valent ac virtutes, sua se pulchritudine commendantes, qui aliorum porro de se ipso iudicia siue bona siue mala sint, contemnit, nec id curat, vt alios, non dicam priuilegiis, sed virtutibus antecellat, is certe si vñquam aliis, et sua et aliorum iura violandi, ius, vel tacite sibi tribuere, existimandus erit. Quod magis etiam intelligemus, si, quod saepissime fieri solet, animus abiectus simul sit ex illo genere ambitiosorum, qui quoquis modo aliis vel volunt praeferri, omnibusque, iniustis etiam eum in finem vtuntur mediis, vel si quibusdam praeeminentiis ciuilibus gaudent, de iis, cum laetione iuriis, aliorum, natura-*lum*, quauis occasione vel *verbis* vel *fætis* gloriantur. Nec tamen omnis, qui aliquando hominibus ineft, animus abiectus, e superbia arcessendus et cum ambitione semper coniunctus esse videtur. Saepe enim fieri solet, vt temperamentum phlegmaticum, educatio peruersa, (quae impedit, quo minus idea iusti et iniusti excitetur, atque sensus aliquis moralis, delicatior indies futurus, oratur,) denique amor proprius, mox omnino superbiam et ambitionem in auxilium vocatus, cauſſae eius existant. Ex quibus omnibus, non maxima solum, quae humilem inter ac abiectum animum, intercedit differen-*tia*, apparet, sed simul etiam concludere licet, superbiam atque ambitionem, animum abiectum, nunquam non prodere.

§. XXVII.

Modestiam vero humilitatis comitem semper animaduerterimus, ab hac tamen tanquam effectum a sua cauſſa sollicite distinguendam. Quod autem humiliati accidit, vt nempe diuersimode fuerit descripta, idem mode-

modestiae contigisse, ante omnia obseruamus. Ne itaque in hisce scriptorum Ethicorum dissidiis a vero aberremus, attente, cui multitudo modesti nomen imponere soleat, perscrutemur. Et primo quidem extra omnem dubitationis aleam positum esse existimamus, nos, modestum si aliquem vocauerimus, ad verba eius seu facta semper respicere, et in illis modestiae virtutem detegere solere. Vnde differentiam notatu dignissimam, quae humilitatem inter ac modestiam intercedit concludere licet, hanc nimirum, ut de humilitate si fuerit sermo, ad ea magis, quae intra, si de modestia, ad ea potius, quae extra hominem sunt attendamus. Et tamen secundo, modestiam cum nominamus, humilitatem simul cogitare sollemus, ex qua obseruatione denuo colligere liceat, modestiam, non male forsitan appellari humilitatem verbis factisque expressam. Quod cum duplice potissimum ratione fieri possit, primo, de iuribus aliorum nihil demendo, deinde nostris nihil addendo, modestum iam illum vocabimus, qui iura aliorum verbis factisque non minuit, sua ipse non auget. Denique modestum illum vocari obseruamus, qui, etiamsi caeteris excellat, variisque iuribus aduentitiis seu priuilegiis praeditus sit, iis tamen neque semper neque plene vtatur, sed modum tam in verbis quam in factis feruat, ab humilitate praescriptum. Quae obseruatio ab etymologia illustratur et fulcitur. Teste enim CICERONE, in modestiae verbo modus inest (f). Virtus ergo, quae modum, ab humilitate praescriptum, in usu iurium, verbis factisque feruat, modestia audit (g).

M.

Nititur

(f) vid. offic. c. 1. l. c. (g) Obseruations, quibus
40 ex ed. Cl. ERNESTI. nostra nititur definitio, vel
ideo

90 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUI

Nititur itaque modestia, humilitate et ab hac, quomodo et quoisque verbis factisque, iuribus nostris ut licet, discit. Quum autem humilitas iura aliorum sive naturalia sive aduentitia, verbis factisque reuereri iubeat, id in primis aget modestus, ut, quanti utraque aestimet, quo quis modo declareret. Docet praeterea humilitas, iura naturalia, aduentitiis preferenda, quibus si fueris ornatus, modestia a te exigit, ut nunquam illis in detrimentum iurium naturalium *aliorum* utaris, coque minus, quo certius est, illos, qui tibi illa iura concediderunt, non laesio nem sed conseruationem horum iurium non potuisse non intendere. Nec, quoniam nonnulla sibi concedita esse animaduertit iura, omnibus vel ideo se pollere existimat *modestus*, nullius iura laesus, nec illis, quibus praeditus est, alia, quam data vel iubente occasione, non arrepta, sic etiam utetur, ut quiuis vultum et gestus eius intuens vel vocem eius audiens, vel denique actiones eius considerans, facili animaduertere queat negotio, agnoscere eum, quod iura, quae exercet, ab aliis sibi aequalibus sint translata, non a natura concessa (h). Quod si deni-

que
ideo etiam confirmat experientia, quod ea docet, illos, qui verbis factisque magis ac par esse videtur, sese deprimunt, non amplius modestos, sed *nimirum bimiles* vocari. Scilicet de modestia, secundum ea quae in sensu cadunt, iudicant homines, atque modestia iusto maior, iis non est modestia.
(h) Quantum igitur educa-

tio ad formandum modestum valeat, per se patet. Ad hanc igitur de *modesto* iudicaturi attendendum. Neque tamen, temperamentum eius negligendum, cum *sanguineus* v.g. ad actionem perpetuam natus, phlegmaticis quibusdam, videri posset vel ideo immo destus, quod *continuo* atque *velocius* ipsis, agere soleat.

que felicitas aliorum requirat, vt vsu iurium tuorum naturalium vel aduentitiorum abstineas, aut hisce penitus temet abdices, iubet humilitas, vt aliis inferuias, *modestaque*, alias, te superiores, agnoscas. Quod tamen non ita intelligendum, ac si *cuius petenti*, vt iuribus nostris vel vsui eorum renunciemus, satisfacere debeamus, cum, si hoc vel iustum vel licitum esset, plures, vni inferuitri, offenderemus. Vnde vult etiam humilitas, vt, qui hoc modo modestiam suam exercere voluerit, *primo* iure gaudeat, vsu iurium suorum aliquantum abstinenti; *secundo*, vt occasione iusta atque legitima non careat, ne aliis inferuendo pluribus noceat; *tertio* denique vt ex humilitate non fucata iurium suorum vsu abstineat, vel iis plane renunciet, et *quam humillime*, non ad modum superborum, qui *cum ostentatione* idem saepe agere videntur, quod modesti, iuribusque suis non vtuntur, vt alii eo citius, se illis praeditos esse, animaduertant.

Quae haec tenus de modestiae natura eiusque ab humilitate discrimine non minus quam cum eadem, cognatione intima, diximus, confirmare liceat exemplo I. C., eum in finem, vt, de modesto, nos Sacris litteris conuenienter locutos esse, eo melius, appareat. *Paulus* ad illustrissimum hoc exemplum prouocat, cum in eo est, vt Philippensem animis modestiam instillet. En ipsa Apostoli verba: „Nihil sc. gerentes per contentionem, „aut per inanem gloriam, sed ex animi submissione alii „alios existimantes fibi praecellere. Ne sua quisque „spectate, sed unusquisque etiam, quae sunt aliorum. „Itaque is sit affectus in vobis, qui fuit et in Christo le- su. Qui cum esset in forma Dei, non duxit sc. esse „rapinam, parem esse cum Deo; Sed ipse sese inaniuit, „forma

92 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

„ forma servi accepta, similis hominibus factus: Et ha-
 „ bitu inuentus ut homo, ipse se submisit, factus obe-
 „ diens usque ad mortem, mortem autem crucis (i).
 Ex quibus verbis, quorum mentem alii iam dudum in-
 dagauerunt atque explicauerunt, primo videmus, quod
 ταπεινοφροσυνη tanquam fundamentum modestiae Christianae
 consideretur v. 3, atque amor proprius, humilitati
 e diametro oppositus, prohibeatur v. 4. Deinde vero
 Apostolus veram modestiae naturam ita describit, ut fa-
 cile animaduertere liceat, agi de virtute, quae verbis fa-
 tisque sese exerat, non tantum in corde lateat. Quum
 enim verba αλληλες πυγμαιοις υπερέχοντας εαυτου, cum aliis
 melioris notae interpretibus, non de superioritate, quam
 e diuersis mentis perfectionibus aliisque dotibus, quibus
 diuersimode, homines ornare solet, prouidentia, oriiri
 constat, sed potius de obligatione cuius inserviendi, quae
 vsum iurium nostrorum siue naturalium siue aduentio-
 rum, determinet, intelligamus: facile etiam quiuis no-
 biscum existimabit, quod modestia ex Apostoli sententia
 in primis in actionibus consistat externis. In qua sententia

con-

(i) conf. P. ep. ad Philipp. μηδη Θεος υπαρχων, ουκ αρ-
 c. II. a v. 3-8. incl. vbi haec παχμοι πυησατο το ειναι ισα
 leguntur verba 3) μιδεν πατα Θεων v. 7) αλλα εαυτον εκε-
 εργειαν, η κενοδοξιαν, αλλα νασε, μηδην δειλην λαβων, εν
 ταπεινοφροσυνη αλληλους η; οι ομοιωματι ανθρωπων γενομενες
 μενοι υπερέχοντας εαυτων 4) 8) και σχηματι ευρεθεις ως αν-
 μη τα εαυτων εκαστος σκοπετε- θρωπος επιτεινωσεν εαυτον,
 αλλα και τα ετερων εκαστος 5) γενομενος υπηκοος μεχρι θανα-
 του γαρ φρονεισθω εν ομηρο Τανα-
 του εν χριστω ησον 6) ος ει

confirmabimur etiam, ad exemplum Iesu Christi curatius attendentes. Qui enim maiestate diuina praeditus erat, iureque ab omnibus creaturis postulare poterat, ipsum ut adorarent, eiusque iussibus parerent, Christus, praerogatiis suis atque maiestate diuina non eodem modo vñus fuit, quo victores spolia sua, ipsos spectantibus monstrare solent, scilicet eum tantum in finem, ut, hostibus ad pedes ipsorum prostratis, superiores se factos esse ostendant, et de iuribus suis aduentitiis glorientur. Declarauit potius, se non nomine solum, sed re etiam, ταπεινω εσσε τη καρδια, cum, felicitate hominum id postulante, ipse vñi huius maiestatis vere diuinæ se priuaret, similiisque hominibus per assumptionem carnis factus, Dei formam cum forma atque habitu serui commutauit, omnibusque inferuire studuit, qui ab omnibus seruitia postulare poterat. Facto itaque eoque insigni, humilitatem suam declarauit, alio etiam mox confirmandam. Quum enim hominem forma quidem referret, nec eam tamen, quae peccato contaminata est, hominis naturam induisset, atque vel ideo ad mortem, quae quippe peccati poena est, subeundam, obligatus non esset, iuri tamen ad immortalitatem renunciauit, neque hac, cui omnes homines subsunt, lege, solutum fese esse existimauit, sed ad mortem vñque, quin crucis mortem, serui humili obedienciam toti mundo declarauit. Quae omnia nostrum de modestia conceptum non solum confirmant, sed modum etiam, quem humilitas, in factis ad aliorum utilitatem vergentibus, seruare debeat, ostendunt. Quis enim primo negauerit, iure quodam suo, iurium suorum vñi, abstinere potuisse filium Dei vnigenitum? Quis dein, motuum illud non probauerit, quo impulsus fuit

94 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQVE

Christus, vt iurium suorum vsu ad tempus sese abdicaret? motium inquam, a maxima generis humani felicitate, in Dei gloria cessura, omniumque terrae et coeli incolarum aeternos, meritura applausus, desumtm? Quis denique, dubitauerit, ex vera humilitate, hanc nusquam imitandam modestiam suam duxisse originem?

§. XXVIII.

Vitium, *modestiae* oppositum, *arrogantiam* (*den Stolz*) vocamus, quam itidem cum superbia misceri videoas, a qua eodem tamen modo differt, quo modestiam ab humilitate diuersam esse, didicimus. Arrogantem, qui dicit, is, teste experientia, vultum, gestus, verba denique superbi respicit, eundemque plura sibi, ac par est, iura arrogare, tacite concedit. *Arrogantia* igitur superbiam supponit et ex ea oritur, atque honorem vel *verbis* vel *factis* simili ratione, ipsa rapit, qua *ambitio*, *alios*, vt ei satisfaciant, cogit. Quod, quomodo vel verbis vel factis possit fieri, in antecedentibus ostensum a nobis fuit. Nunc vero addimus, *arrogantiam* superbiae effectum quidem nominandum, sed non necessarium. Quotidie enim videoas, superbos, arrogantiam vitantes, et si fieri possit, modestiac studentes. Nec difficile erit, causas huius phaenomeni indicare sufficienes. Non raro enim, superbia, si fines intentos, obtinere cupiat, tegenda, vt ne alii, simulac eam animaduerterint, ei resistant, ac totus, quem suscepit, labor, superbis, euadat frustaneus. Hinc explicare licet, qui fiat, vt multi, modo, non satis laudandam animi submissionem prae se ferant, modo, circumstantiis, in quibus antea positi erant, mutatis, et obtento, quem sibi proposuerant, scopo, omni-

omnium fiant arrogantissimi. Verum accidere etiam solet, ut superbi, intelligentia atque prudentia aliqua praediti, mox animaduertant, optimum atque adeo efficacissimum, superbiam suam tegendi aequa ac nutriendi medium esse ipsam modestiam. Hinc videoas illos eam affectare verbis non solum atque gestibus, totaque corporis compositione et habitu externo, sed factis etiam, modestiae formam eodem momento seruantibus, in quo direte in laesione iurium, quibus alii gaudent, tendunt. Quo genere superbiae, nihil execratione dignius, cogitari potest! Nec est aliud vilum, quod, teste experientia, maiori percellat horrore, cum totum sit astutia plenum, et ex animi peruersi, virtutem noscentis, eamque in partes suas trahentis, tranquilla deliberatione, non ex affectu quodam oriatur. Dantur denique superbi, quibus vel temperamentum singulare vel educatio vel amor quietis, arrogantiae inimicus, non dicam ad modestiam inuitant, sed ab arrogantia, saltem in factis, abducunt.

§. XXIX.

In describendis autem superbiae effectibus, caendum est, ut ne effectus, quos necessario et semper producit eadem, cum illis misceamus, qui pro varietate subjectorum atque circumstantiarum, in quibus haec posita deprehenduntur, diuersi esse possunt. In primis etiam obseruandum, dari phaenomena quaedam, quae vulgus, de virtutibus aequa ac vitiis, confuse plerumque, et iuxta sensuum atque imaginationis normam nonnisi iudicans, e superbia deriuare solet, etiamsi alias plane causas, ex quibus oriri queant, allegauerit, attentus quiuis atque curatus mentis humanae obseruator. Quis v. g. nam

96 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

(nam de phaenomenis hisce, falso plerumque superbiae tributis, breuiter prius dicendum, quam veros eiusdem indagemus effectus) ignorat, quod superbia, saepissime e corporis habitu atque forma bene disposita, ex eiusdem magnitudine, directione membrorum, regulis mechanicis et bonis moribus conformi, celeritate motus externi, e vestibus, pro statu hominis de quo sermo est, externo, splendidis, vel vero diuersae aëris temperiei accommodatis, ex amore ordinis, munditie atque decori, in corpore, vestibus, habitatione, mënsa, totaque supellestili, obseruandi, concludi soleat. Cui porro non constat, alios male eruditos et ad plebis morem cogitantes, superbiae te statim accusare, simulac, temet ad mores ipsorum vel vere peruersos, vel quod idem est, e tua mente tales, conformare, atque *amicitiam* cum illis inire, quotidie denique in confortio ipsorum viuere nolueris (k). Quod genus iudicii in primis illi ferre solent, qui infra te in societate ciuili constituti, aliisque in rebus te etiam multo inferiores, tuam amicitiam et societatem frustra desiderarunt. His te superbum elatique animi virum

(k) Quantum inter sit, differentiam quea *amorem* inter et *amicitiam* intercedit, obseruasse curatus ac plerumque solet, vel ex hoc exemplo patet. Neque enim, qui aliorum amicitiam recusat, illos non amare atque adeo benevolentia illa generali de qua in §. 13. locuti sumus, non amplecti dicendus est, cnam *ami-*

citia ex aliis caussis oriatur, quas in preelectionibus moralibus indicamus, ad ipsas Sacras litteras Veteris et Novi Foederis prouocantes, in quibus exempla bene multa reperiuntur, ex quibus lector attentus discet, quod Christus ipse in primis amicitiam eiusque officia ab iis quae amor imponit discernere sciuerit.

virum esse statim in mentem veniet (1). Quam cogitationem confirmabit ele^ctio amicorum supra te constitutorum (m). Nec dubium ullum talibus iudicibus remanebit, quin rectum et veritati conueniens tulerint iudicium, si animi tui atque corporis, aliisque quibus praeditus es dotibus, priuilegiis etiam ylus fueris, sine laetione tamen aliorum (n). Quodsi tandem, vt statum tuum naturalem et moralem reddas perfectiorem, ad iura quaedam aduentitia, maiora, quibus ha^ctenus praeditus fuisti, aspiraueris, ita vt ab illis, quibus ius conferendi eadem, expe^ctes, quam humillime, num te, qui iuribus illis condecoreris, dignum iudicauerint, necne, actum est de te, superbus es, noli te defendere (o).

Magis

(1) Nec tamen cum omnibus amicitia ineunda, nec iure gaudet aliquis ad eam nos, si fieri posset, cogendi, cum contra nonnisi *superbus* aut *stutus* nobis facultatem deme-
gauerit, nostros pro lubitu eli-
gendi amicos.

(m) Qui tamen aliquando statum nostrum *physicum* non solum sed et *moralemente* perficere, adeoque moraliter nos impellere possunt, vt amicitiam ipsorum eo tempore quaeramus, quo aquales nostri viramque constitutionem fortasse corrumperent. Vnde ex hoc phaenomeno solo fallo iterum ad superbiam con-
cluditur.

(n) Nisi dicere velis, lin-
guam Anglicam callentem, te,
eam nescientem, laedere. Bel-
la morum doctrina! quam ta-
men multas fouere, testatur
experiencia.

(o) et tamen superbis ille suo merito nominandus, qui, posteaquam ab aliis testi-
monia suae idoneitatis acce-
perit, ipseque a sensu interno
commonefactus fuerit, requiri-
re felicitatem suam *moralement*,
vt iura eiusmodi etiam cum
damno aliquo *physico*, appe-
rat, nec aliis nec fibimetipsi
paret, sed iura illa ab aliis of-
ferenda et quasi obrudenda
esse existimat.

N

98 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUI

Magis vero attentionem nostram meretur; quod teste experientia illi in primis in superbiorum numerum aliquando referantur, qui totam suam vitam, sanae rationis veraeque cum ea semper coniunctae pietatis, ad normam, componere student. Negari equidem nequit, hos viros bonos et probos non posse non ducere vitam a vita plerorumque hominum, qui rationem raro audiunt, vel saltem et sibi et aliis satisfecisse videntur, dummodo, quod stricti iuris est, egerunt, diuersam. At! cum diuersitas ista sanae rationis veraeque religionis principiis nitatur, non potest yngquam de iuribus aliorum aliquid ita dergare, prout homines quidam fanatici, vitae diuersitatem in rebus indifferentibus affectantes et vel ideo praecipua officia moralia plerumque negligentes, tacite, quicquid etiam dicant, imperium in conscientias moresque suorum aequalium sibi arrogant. Et hos, multitudinem tamen saepe mirari, illos contra superbiae accusare, videoas. Piores nimurum humilitate sua externa atque modestia, quam prae se ferre solent, aliorum eo minus laedunt superbiam, quo citius percipit mens humana, talem perfectionem, quali hi studeant, ab omnibus nec assequi posse, nec debere etiam, vnde nihil quod imitandum sit, hic obseruant homines; posteriores vero iustitiae non solum sed aequitati etiam student in omnibus, virtutem sequantur quotidie maiorem, sed veri nominis virtutem, quae non splendore aliquo extraordinario, caliginem oculis offundat, sed utilitate sua, quam aliis etiam praesertim procreat, sensim sese commendet bonis omnibus, pluribus autem vel ideo non placitaram, quod amori proprio, in pluribus dominanti, non blandiatur, sed illos edoceat, quantum illis ager lumen adhuc supersit, in suum et aliorum

rum commodum. Superbum itaque te esse oportet, tales si superbiae accusare, eorumque vivendi mores, pro superbiae effectibus habere et declarare volueris. Quae cum ita sint, difficile dictu videtur, quosnam effectus superbiae tribuere, quosnam aliis ex caussis deriuare debeamus. Nec tamen, ex ipsa superbiae natura, quos producat effectus, plane concipi non posse aut intelligi, existimamus. Quod ut, ordine quodam, beneuolo problemus lectori; *primo*, quasnam in nobis, *secundo*, quasnam extra nos progeneret mutationes, exponere liceat. Ponamus itaque, superbiam, maximum, quem potest, attigisse gradum, et vel Summi Numinis iura violandi ius sibi tribuere eandem: fierine tunc aliter poterit, quam ut obedientiam Deo recusat, nec, quod is dicat, credere, nec, quod praecipiat, agere veit. Sublata enim, nostrae a Deo dependentiae agnitione, cesset obedientia, oportet. Quae cum per se clara sunt, tum etiam nos docent, quantam in tota hominis constitutione morali confusione, necessario procreat superbia. Hinc ad omnia vitia procluem eandem videoas, turpia et nefanda, modo Deo inuidere, modo prouidentiam ipsius vituperare, modo, horret animus! blasphemias contra Summum Numen et benefactorem optimum effundere. Neque sibi ipsa parcit creatura superba et amore proprio plena. Quemcunque enim gradum attigerit superbia, non potest non vehementissimas excitare animi commotiones, mentemque extra statum ponere naturalem. Si enim media consideremus, quibus vtitur, vel tegendi vel manifestandi superbiam suam, nunquam non reperiemus, illa esse eiusmodi, ut et inuentio et usus ipsorum naturalem non solum sed in primis moralem turbent felicitatem;

N 2

Sin

100 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQVE

Sin vero ad finem his mediis obtainendum attendamus, num fortuna ipsi faueat necne obseruandum. Quodsi prius sit, orietur equidem voluptas, sed talis, cuius sensus, omnes purioris atque duraturae etiam felicitatis fontes necessario occludat, superbumque temulento reddat similem, ad alias generis gaudium percipiendum non amplius idoneo. Quodsi contra, finem optatum, aliis resistentibus, non fuerit asseditus superbis, tunc vero iniuriam sibi fieri clamabit, irascetur, calumniabitur, maledicet, vindictae cupiditate flagrabit, aeternum odium fouebit, ad desperationem usque commouebitur. Quae phaenomena omnia, clare, quantum roboris superbia addat amori proprio, loquuntur. Vnde facile nunc est ad intelligendum, superbum, successu temporis, nihil pro pulchro atque praeclaro, nisi, quo ipse praeditus sit, et contra, pro foetido atque abiecto nihil habiturum esse, nisi quo ipse caruerit (p). Quantis igitur tenebris mentem obtegat superbia, quantumque derimenti in corpus etiam ex ea redundare possit, dicta fatis offendunt! Nec intellectu difficile est, quod aliis etiam maxima afferre debeat damna, quorum iura laedendi ius sibi tribuit. Neque tamen semper neque omne, aliis, quod potest, creabit incommodum. Siue enim resistentibus hisce, impediatur, quo minus variis generis iniusticias committere possit, siue ambitio eam comitans aliquando, atque instinctus etiam naturales et morales non plane extinxi

(p) Quem superbiae effe- dédaigner ce qu'on n'a pas.
Etum HELVETIVS in libro C'est un effet nécessaire de
supra indicato, apposite ita l'ongueil; on le révolteroit, si
descriptis T. I. p. 107. 108. l'on ne paroisoit pas sa dupe.

On doit vanter ce qu'on a et

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE CET. 101

tinet eam impulerint, vt, alios, varii generis bonis affi-
ciendo, sibi ipsa satisfaciat; in utroque casu apparebit,
Superbiā aliis non necessario dānum afferre debere.
Quodsi vero superbi animus simul fuerit vel abiectus, vel
natura crudelis, vel denique suspicione plenus, nihil non
tentabit agerque, quo proximus diuersimode laedatur.
Non mirum igitur, si sub auspiciis superbiae terram no-
stram aliquando deuastatam et horrendis calamitatibus
obrutam videas, atque honores, opes, vitam, animam
denique ipsam contemtui ac ludibrio, rapinae, crudelita-
ti ac tyrannidi expositos. Inprimis vero notatu dignum,
quod nihil difficilius sit, ac quidem animū superbia ple-
num, ab omnibus illis vitiis abducere, cum nihil diffi-
cilius esse videatur, quam hominem superbia laborantem
fanare. Est nimirū aliquid in ipso hoc vīto, quod omnia
respuīt remēdia, et correctionē fere reddit impossibili-
lem. Qui superbiae effectus, si omnium procul dubio
funestissimus est, vel ideo omnem nostram attentionem
meretur, atque ex ipsa etiam superbiae natura, cum
amore proprio, qui eam comitari solet collata, facili negotio
explicari potest. Quis enim non statim animaduerterit,
quod *rationes, a stultitia vere ridicula, quam superbia*
prae se fert, ab aequalitate hominum naturali, ab iniustitia
denique maxima, quae cum hoc vīto coniuncta est, de-
sumtae aliaeque plures, nihil possint ad mouendum ani-
mum, quem cogitatio iurium suorum torum tenet occu-
patum, ideoque summa imis miscet, naturamque, si fie-
ri possit, ipsam, commutat. Nec quod, de aliis vitiis
sermo si fuerit, fieri solet, vt sequelae eorundem atque
curatior earum consideratio, homines corrigant, ad su-
perbiā applicari potest. Sit enim, prospera vīti fortu-

N 3

na



na superbum, aliosque omnes, ut cupiditatibus ipsius satisfaciant, die nocte laborare, credisne amorem proprium, si vñquam, tunc in primis, superbiam nutriturum atque adeo aucterum esse? Neque cogitandum, quod grato animo agnitus sit beneficia superbis, etiamsi vel maxime ambitione motus, externe eum testatus fuerit? Etenim ignorat superbis, quid sit beneficium, omnia ipsi debere omnes, existimans, nec qui superbis, vere gratus fuit vñquam. Non itaque expletur, sed excitatur magis superbia, fortuna ipsi fauente, ideo in primis, quod idea beneficij non possit non, sua natura, superbiae esse contraria, vnde augebitur eadem, non minuetur. Idem etiam contingere intelligemus, si fortuna fuerit aduersa, nec votis superbi conuenienter, omnia euenerint. Quamquam enim infortunia, merito inter media longe efficacissima referantur, quibus ab aliis vitiis liberari possint homines, frustra tamen ad ea recurreres, superbum sanguinaturus. Possunt, non nego, infortunia, superbum per aliquod tempus deprimere, sed non prosternere. Si enim sacras litteras audimus, ex iis discimus, quod spiritus illi mali, superbiae pleni, simulac Deum eiusque iudicia cogitant, timore quidem angantur, sed qui cum horrore simul coniunctus sit, ita ut timor eos non corrigit, sed superbiam ipsorum potius foueat (q). His autem, experientia teste, superbii omnes, similes deprehenduntur, adeo ut furor ipsorum, instantibus calamitatibus, eum tantum in finem cessare aliquando videatur, ut nouas acquirendo vires, eo vehementius erumpat. Quod aliter etiam fieri non posse, intelligent omnes ad natu-

(q) conf. Iac. II. 19. in Φραστεύς, quod cum horrore quo loco occurrit verbum reformatum significat.

naturam superbiae curatius attendentes. Quid enim amori proprio magis contrariatur, ac quidem fortuna aduersa? quid superbiae etiam, magis contradicit, quam illud omne, quod impedit, quo minus, iuribus suis fictitiis conuenienter, iura aliorum violare possit. Quodsi autem, *Psychologia teste*, omnes animi affectiones, resistencia nutriantur, quin augeantur, non mirum, si superbia quoque crescat, infortunio crescente.

§. XXX.

Quum itaque superbia tot tamque funestos producat effectus, ita ut per suam naturam, homines reddat infelicissimos: fierine aliter potuit, quam ut Deus iustissimus, poenas superbis minaretur grauissimas, eoque magis attentione nostra dignas, quo clarius earum vel in hac terra executionem, annales mundi sacri ac profani, quos tamen iam excerpere non vacat, testantur. Horrorem incutunt cuilibet verba: quae i Pet. V. 5. et Iac. IV. 6. leguntur: *υπερηφανος αντιτασσεται ο Θεος*: i. e. ex aduerso ad praelium quasi se instruit Deus, ut eis resistat eosque debellat. Quae minae, si vel superbum tremore ac horrore percellant, cum omnipotenti resistere queat nullus: simul quoque, diuinam, quae ex omnibus naturae et gratiae operibus, elucet, sapientiam, in combinationibus suis sibi aequalem esse, demonstrant. Quodsi enim sapientiae conformius nihil cogitari possit, quam si, perq; quod quis peccet, per id puniat eundem: facile est ad intelligendum, creaturam superbam, omnis aliorum felicitatis adeo inimicam, ut vel iura ipsa, quibus illa nititur tota, impune violare posse existimet, nec graviori nec sapientiori etiam modo puniri posse, quam quo puni-

104 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

puniendam esse, affirmat codex sacer. Scilicet, dum Deus superbo αὐτιστεῖαι dicitur, primo quidem innuunt sacrae litterae, impediturum esse Summum Numen, quo minus finem intentum assequatur idem. Quod ipsum vero, vt supra ostendisse nobis videmur, animum superbum non poterit non reddere infelicissimum. Sed cum secundo eadem comminatio insinuet, quod Deus eodem modo cum superbo aeturus sit, quo ipse erga alios se gerere decreuit: horum defensionem in se suscipiet atque tutelam benignissimum Numen, ac iure etiam ad felicitatem indignos declarabit superbos, vt ne cum suis sanctis commixti, beatitudinem ipsorum-aeternam turbare possint vñquam. In quo consistit ταπειωτική illa, quam aliis in locis, supra iam allatis, minatus est Deus superbis. Qui enim ius sibi tribuebat ad vitam aeternam Pharisaeus, et vel ideo iure hocce indignum declarabat, Publicanum, idem non consecutum esse dicitur, cum contra publicano id largiretur misericordia, ad quam confugerat diuina. Simile fatum subiisse conuiuam illum legimus, qui sibi ius fingebat, primum in mensa occupandi locum. Quis denique ignorat, quod Doctores illi pharisaici, iam dudum perdidérint ius in conscientias hominum, et exercitium eiusdem quotidie magis magisque perdant, libertate conscientiae indies maius capiente incrementum.

§. XXXI.

Restat, vt paucis, quomodo alii, superbū si viderint, gerere se erga eundem soleant, exponamus. Scilicet obleruauimus haec tenus, quod superbia soluat sanctissima illa vincula, quibus mortales secum inuicem coniungi atque vñiri deberent. Quo fit, vt, posita superbia nullus

nullus amicitiae locus; nulla, fiduciae, quae a vera amicitia separari nequit, in superbum collocandae, occasio. Quis enim semetipsum, atque adeo animi sui secreta, illi concrederet, quem ius sibi tribuere iura aliorum violandi, non ignorat? Praestabimns huic, si fieri potest, *benevolentiae generalis officia*, magni aestimabimus ipsum, si veris, quas negare non licet, praeditus fuerit perfectionibus, quin reuerebimur eum, si iuribus aduentitiis atque priuilegiis ornatus fuerit, nunquam vero inter amicos nostros referemus, ita vt superbia, quaecunque fuerit eius auctoritas, non possit non carere insigni priuilegio, alias amicos nominandi suos, atque deliciis illis, quae verbis exprimi nequeunt, fruendi, ab amicitia haud fucata, nunquam non expectandis. Neque tamen superbia solum impedit, quo minus amicitiae locus esse possit, sed praeterea etiam multarum rixarum atque altercationum mater, eo certius erit, quo magis constat, si aliquid, iura in primis, hominibus solere esse sacra, ita vt, qui ea laeserit, bellum iis declareret. Quanto magis igitur is omnibus abominationi erit, qui adeo ius sibi tribuerit, iura ista laedendi! Nae illum et verbis et factis, quotiescumque poterunt, contemtui habentes, vel ideo societate humana indignum existimabunt.

§. XXXII.

In describendis autem humilitatis effectibus eadem opus prudentia, quae ad describendos veros superbiae effectus requiritur. Neque enim raro sed quotidie fere accidit, vt vulgus, et qui illud imitantur plurimi, humilitatem ex hoc vel illo corporis habitu, et incuruacione eiusdem in primis, e faciei colore pallido, e vestium vili-

O tate

166 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

tate atque immundicie, ex animo ad omnia indecora seruitia praestanda parato, denique e neglectu vsus omnium iurium illorum sacrorum, quae Deus naturae Au^ror ho- minibus concredidit, dijudicare soleant (r). Haud itaque ad intelligendum difficile est, quantum illi fallantur atque alios fallant, qui ex hisce et similibus characteribus ad humilem statim concludunt animum, cum quijs ex- tra partes constitutus ac diligens non minus quam perspicax cordis humani obseruator non possit non animaduer- tere, omnia illa phaenomena, vel ex corporis mechanis- mo atque constitutione interna, vel ex negligenti^a et au- ritia, vel denique ex animo abiecto, quin e superbia et iam aliquando deriuari et explicari posse. Quae cum ita sint, ad naturam huius virtutis, quam humilitatem vo- camus, attendendum, atque, instituta cum hominis con- stitutione physica et morali, comparatione, videndum, quos *necessario* producere debeat effectus humilitas, a contingentibus atque adeo a falsis characteribus sedulo in posterum discernendos. Et primo quidem vera atque haud fucata humilitas non poterit non secum ducere veri nominis obedientiam Deo tanquam supremo atque legitimo creaturarum suarum Domino praestandam, obse- quium, inquam, quod inclinationem dominantem in no- bis excitet, omnia, quae voluntatem diuinam esse nosci- mus, faciendi, ita ut in decretis ipsius acquiescentes, ca- lamitates vitae praefentes, patienti animo feramus, fidu- ciamque nostram omnem atque spem in eum collocemus,

(r) Videas homines totam ~~tes~~, hinc virtutes atque ~~vitia~~ humilitatem atque adeo mode- in totidem sonos commutan- fiam ex voce eaque vel inter- tes, non inuitu amore pro- rupta vel submissa diiudican- prio.

fore ut nostri curam in semetipsum nunquam non suscipiat conf. i Petr. V. 6. 7. Vnde iam patet, quantum humilitas ad constitutionem nostram moralem conseruandam atque adeo perficiendam valeat, ita ut sublata illa virtute, hanc turbari necesse sit. Quum praeterea peccatores simus, quibus Deus, non dicam, nihil debeat, sed quos sensus internus etiam edocet, omnem, quae iis contingit, felicitatem a mera Dei gratia pendere, hanc in primis reuerebitur humilis, omniaque bona, ab illa sola vel expe&tabit, vel ei accepta referet, ita ut dependentiae ac indignitatis suae semper conscius, omnes suas, cuiuscunque generis perfectiones, iura ac priuilegia omnia, eius clementiae tribuat. Modestiae igitur, quam supra descripsimus secundo studebit, eamque testabitur omnibus, in quorum viuit consortio, ita ut, iura illorum naturalia reuerens, omnium fiat seruus, non verbis solum sed vel maxime factis, ne speciem quidem ullius utilitatis priuatae. prae se ferentibus, in quo teste Petro, i Pet. V. 5. genuinus atque indubitus consistit, modestiae character, cum nullo alio, quoad evidentiam, comparandus. Qui enim non suis amicis solum atque Patronis, sed aliis etiam quibusvis siue diuitibus atque auctoritate pollutibus siue pauperibus infernire studuerit, nec unquam verbis aut factis, se iis inseruendo vel laudem vel priuilegia vel denique opes tanquam ultimos actionum suarum siues festari, declarauerit, nae is amori proprio atque adeo Superbiae renunciasse, et humilitate plenum esse oportet. Quod denique ad effectus attinet, quos in nobis producit, humilitas, a vero nos aberraturos non esse existimamus, si in vnam eos colligentes summam, statuerimus, oriri ex ea dispositionem praestandi

108 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQE

praestandi omnia, quae Deus atque homines a nobis postulant officia, cum qua coniuncta sit, animi nihil timentis aut suspicantis, tranquillitas, maior etiam futura, si promissiones diuinas, quae humilibus gratiam offerunt atque adeo vitam aeternam, fide amplexi fuerimus sincera (s).

§. XXXIII.

In tota autem, quam tractamus, materia, magis nihil arduum et ad ipsam superbiae naturam solide noscendam magis necessarium, quam veram eius indagasse originem. Quam dum quaerere, atque beneulo lectori, proponere animus est, ante omnia, *causas*, quae eam generant, *proximas*, a *remotis* sollicite distinguendas esse, monemus. Et de illis quidem, quae ex ipsa hominis constitutione, prouti nunc est, naturali, petitae sunt, primo loco agendum.

§. XXXIV.

(s) Ex hoc igitur atque antecedentibus §. §., in quibus effectus superbiae atque humilitatis descripsimus, pater, quam facile sit, de superbia sive humilitate *alicuius* iudicaturis, in errorem incidere. Etiamsi enim negare nolimus, animalium superbum non diu abscondere se posse, concedamus tamen oportet, de humilitate certum atque indubitatum iudicium non ferendum, nisi hominem plus semel variisque in circumstantiis positum, obsernauerimus. Eadem de superbia

si sermo fuerit, cautione opus est, cum ex hoc vel illo actu certi aliquid concludi nequeat. Monenda haec, eximtae animi arque etiam peruersitate eorum statuendum sit, apparet, qui, simulac hominem viderint, pro lubitu ipsorum se non gerentem, absque ullis ambagibus eundem, in superborum numerum, referunt; quos legisse iuuabit Ethicam I. C. Matth. VII. 1. sqq. consignatam.

§. XXXIV.

Obseruauimus autem supra §. 14. *amore proprio* plenum nasci hominem, ex quo principio plurimi (t) superbiā deriuarunt, nec tamen, quomodo exinde oriri vel possit, vel debeat, ostenderunt. Et negari nequit, aliis adhuc opus esse principiis psychologicis, si, quomodo superbia ex amore proprio oriatur, demonstrare volueris. Suppeditare autem nobis eadem videtur *Home* diligentissimus in primis atque perspicacissimus mentis humanae obseruator, cuius librum supra iam laudauimus. Videamus igitur ad dictum horum principiorum, qui fieri possit, ut, posito amore proprio, superbia oriatur. Et primo quidem, turbatam esse constitutionem mentis moralem, indicat amor proprius, (vid. §. 14.) qui nostram priuatam felicitatem, aliis exclusis, tanquam ultimum actionum nostrarum finem, intendere iubet, ita ut mentem magis nihil afficiat, quam sensus propriae felicitatis, et vel maxime praesentis, qui sensus non potest non desiderium eandem promouendi excitare vehementissimum. Quae cum ita sint, diligentissime omnia conquireret mens humana, que huic desiderio facere possint satis et vel ideo omnibus atque absurdis etiam opinionibus calculum suum addet (u). Inter has vero, facile

O 3 prin-

(t) conf. inter alios le traité de l'Orgueil par la PLACETTE p. 28. (u) vid. HOME im 1 Th. d. Grundätze der Critik S. 226. Zwo Ursachen, die eine große Gewalt in der menschlichen Natur haben, vereinigen sich den Leidenschaften

einen ungebührlichen Einfluss auf unsere Meynungen und unsern Glauben zu geben. Die erste, und deren Gewalt sich am weitesten erstreckt, ist die starke Neigung, die unsre Seele für Gegenstände hat, die zur Befriedigung ihrer Leidenschaften gesucht sind cet.

ANNO MDCCXVII
CAP. II. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

princeps est cogitatio omnimodae praecellentiae, illiusque in primis, quae in iuribus consistit (vid. §. XI). Quae nam autem praecellentia sive perfectionum sive iurium vel fingi vel cogitari poterit, maior illa, quam superbia tibi concedere videtur. Atque cogitatio illa, in mente, amore proprio plena, eo citius orietur, quo certius est, omnes illas ideas omnium facilissime, ab anima produci, quae cum statu ipsius praesenti, quam maxime conspirant (v). Vnde fieri solet, ut, etiam si adeo omnibus vel insignibus tamen destitutum te esse sentias perfecti nibus atque priuilegiis, iure tamen ad utraque te gaude re, tibi imaginaturus sis, ita ut vel ideo omnem, qua cares praecellentiam, tibi tribuere possis (x). Accedit et alia ratio, ex ipsa constitutione hominis morali, desumpta, quae eiusdem ad superbiam, inclinationem, demonstrat. Scilicet amori proprio magis nihil resistere atque adeo con

(v) conf. iterum die Grund färze der Critik Th. I. S. 227 et sq. außer dem Einflusse, den die angeführten Ursachen auf Erzeugung irriger Mey nungen haben, wirken auch die Leidenschaften selbst, durch untergeordnete Mittel, zu eben diesem Endzwecke. Von diesen Mitteln will ich zwey berühren, die mir von Wichtig keit zu seyn scheinen. Vors erste haben wir vorher Gelegenheit gehabt, zu bemercken, daß, obgleich selten Ideen in der Seele, ohne Verbindung mit den vorber-

gebenden entspringen, dennoch diejenigen Ideen, die mit dem gegenwärtigen Thone der Seele übereinstimmen, durch jede schwache Verbindung leicht herbeige führt werden cet.

(x) Ex qua caussa explicari etiam posse existimo phaenomenon morale satis ordinarium, hoc nimurum, quod multi, merita aliorum atque praecellentiam, quam agnoscunt, atque negare nequeunt, publice tamen nec profiteri nec alias laudare atque honoris cultu prosequi velint.

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE CET. III.

contrarium esse ac quidem iura aliorum, in propatulo est. Quum vero omnes animi affectiones aut si malis passiones, resistentia augeantur atque fortiores reddantur, ita ut, anima in hoc statu posita, media omnia arripiat, quibus affectui suo facere possit satis, iura illa violanda esse mox euidem decerner, neque tamen vel maxime propter reliquias constitutionis moralis, hoc suo decreto, contenta erit mens humana, sed alia etiam quereret media, quibus iniustitiam suam vel coram aliis vel adeo coram propriae conscientiae tribunali, excusare possit (y). Nimirum idea iusti atque iniustitiae penitus in homine obliterata, mox eum edocebit, iniustitiam ab ipso, iura aliorum laesuro, committi, quam ipse amor proprius atque alii etiam non possent non condemnare. Et idem tamen amor proprius iniustitiam illam vehementius, postulare videtur! Ius itaque aliquod iura illa violandi fingendum, ut habeat amor proprius, in quo, utroque in casu, acquiescere possit. Quodsi denique aliquis existimat, animam humanam animaduertere tamen debere, quod ius illud fictum eodem modo iniustitiam secum trahat, quo eandem, in decreto illo, iura aliorum violandi, vixdum obseruauerat; nouam, ad hanc obiectionem respondendo, detegimus causam, ex qua originem atque conservationem superbiae explicare possimus. Scilicet supponit obiectio illa, quod mens, amore proprio plena,

(y) conf. die Grundsätze der Critik Thad. S. 227. in der Mitte: *Die andre Ursache weswegen niemlich unsre Leidenschaften keinen ungebührlichen Einfluss auf unsre Mey-*

nungen haben) ist ein starker Hang in unsrer Natur, unsre Leidenschaften sowohl als unsre Handlungen nicht nur vor andren, sondern so gar vor uns selbst zu rechtfertigen.

112 CAP. III. IN A QVO NOSTRA SVPERBIAE EI QVE

nā, et ad violanda iūra aliorū determināta, iūs istud, quo nītītur, pro fīcto atque adeo prō nūlō habēat. Sed vero huius cogitationis, in hoc quem pōnīmus, casū, ne capax quidem est anima humana, ab amore proprio, lumine, quo alias gaudet, priuata, atque tota, gaudii, ab idea illa iūris alicuius, excitati, plena, ita vt contrarii sive adeo iniustitiae ideae docum concedat nullum (z). Quod si etiam contingeret; ad nouum ius sibi singendum, denuo confugeret, vt suam excusare possit iniustitiam, donec superbia plena, sibi soli non aequē aliis leges atque iūra nata esse, intime coniuncta fuerit.

§. XXXV.

Ex quibus omnibus patet, quod homo, (per §. 14.) amore proprio plenus, ad superbiam quoque proclīuis nascatur, ita vt, quo maior ille fuerit atque fortius adhucdū dominetur, eo citius hanc procreaturus sit. Vnde facile etiam est ad intelligendum, non omnino vera dicere, illos, qui superbiam, secundum originem suam consideratam, totam in errore consistere, statuunt. Qui enim ad eius ortum attenderit, obseruauerit facile, quod cum libera voluntatis determinatione coniuncta sit superbia, etiamsi negari nequeat, errore vti, amorem proprium, sibimetipſi vt satisfaciat. Denique ex origine huius vitii a nobis indicata, constare existimamus, quod idem prius ne cogitari quidem possit, quam homines iu-

(z) conf. die Grundsätze der Critik Th. I, S. 228. Zwei- tens, (conf. not. v) da die Seele bey angenehmen Umstän- den, oder Gründen Vergnün- gen findet, so nimmt sie einen

starken Eindruck von ihnen an: da sie über die unange- nehmen so schnell wegeile, dass sie kaum irgend einen Eindruck machen.

stum ab iniusto vel confuse discernere didicerint; ex quo porro apparet, infantes, licet ad hoc vitium proclives nascantur, tunc demum superbia laborare posse, cuin ratione vti incipiunt atque occasionem nanciscuntur vel iura aliorum violandi vel vero iuribus suis aduentitiis siue veris siue fictis conuenienter viuendi (a). Quodsi vero hoc respectu, *hominum superbia, morbus naturalis*, appellari mereatur, non excusandi tamen illi, qui non ipsum hunc morbum seu potius eius causam, simulac fieri potest, e medio tollere omnibus viribus contendunt, sed potius eundem fouent atque nutriunt, eumque in finem omnia follicite conquerunt atque obseruant, quae amori suo proprio blandiri queant. Quod quomodo vel per instinctum ad perfectionem fieri poscit, demonstrandi occasionem mox nanciscemur, de origine huius vitii in spiritibus ab amore proprio adhucdum liberis aliquid in medium prolaturi.

§. XXXVI.

Scilicet, quum Theologi, ad du^mnum Sacrarum litterarum, spiritus illos malos, superbiae accusant, qua Deo obedientiam debitam recusauerint, ex amore proprio vitium illud vel ideo deriuare non possumus, quod constitutio iporum moralis ante hoc ipsum peccatum illaesa talisque erat, qualis benignissimus atque Sanctissimus Creator eandem ordinauerat. Nec facile etiam est ad intelligendum, qui fieri potuerit, vt idem Spiritus, ab aliis causis si discesseris, caeteras creaturas benevolentia sua atque amore non completerentur, cum instinctus ad perfectionem, quem impetus ad felicitatem praesentem,

P

fen-

(a) Quam obseruationem Matth. XVIII. V. 1. sqq. Marc. etiam confirmare videtur C. X. 13. 16.

114 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUI

sensuum atque imaginationis ope, procurandam, in hominibus valde debilitauit, in illis spiritibus non potuerit non esse fortissimus, ita ut, omnium virium indies perficiendarum cupidi, aliorum felicitatem, data occasione, non potuerint non promouere. Quae cum ita sint, aliam eorum superbiae assignemus originem. Et inueniemus, nisi omnia nos fallunt, veram eius caussam in ipso illo ad perfectionem instinctu, cum dispositione Spiritus moraliter collato. Nimirum instinctui ad felicitatem, medium quasi occupanti locum, ab una parte idea iusti et iniusti et ab ea oriundus sensus moralis, ab altera vero parte instinctus ad perfectionem tanquam a consiliis sunt. Quos duos consiliarios si audiuerit ratio, quae omnibus spirituum actionibus praeesse debet, non poterit non oriri felicitas moralis eaque maxima. Sin vero ratio ad ideam iusti et iniusti non attendat, sed impetu ad ulteriores perfectiones, qui quippe in eiusmodi spiritibus, cum instinctu ad felicitatem aequalibus prope viribus cooperari videtur, abripi sese patiatur, tunc vero creatura libertate sed limitata gaudens illi ad perfectionem appetitui omni modo satisfacere studebit, eoque magis, quo maiorem vel in semetipsa vel in aliis deprehenderit resistentiam. Ponamus itaque, imperfectiones eius *naturales* et *metaphysicas*, vel adeo iura aliorum impedire, quo minus perfectiones, quas anhelat, adipisci possit: in priori casu alias, quibus defectum harum compenset, fingendas, in posteriori iura illa violanda esse statuet, in utroque autem ius ea laedendi eo certius sibi finget, quo magis non solum idea iuris, tanquam valde magnae perfectionis, dispositioni eius praesenti, conuenire atque defectum aliarum perfectionum facile compensare posse videbitur, sed fieri etiam

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE CET. 115

etiam soleat (p. §. 34. et not. y) ut *entiamoralia* actiones suas, quous modo excusare tentent. Nec difficile ad intellegendum, quod sensus maxima huius perfectionis non possit non esse *fortissimus*, atque *gratissimus*, cum spiritus illi, prout vixdum diximus, vehementi impetu ad perfectionem ferantur. Vnde orietur desiderium, ius illud defendendi, atque conseruandi, quod instinctus ad felicitatem augebit, atque ipsa ratio, veram, iustum inter atque iniustum, differentiam non amplius percipiens, probare videbitur. Ex quibus iterum apparer, quod superbia in ortu suo non minus quam progressu vel maxime inter via proaeretica referri debeat. Agnoscit enim superbia, dum oritur, iura aliorum, sentiatque oportet, ea non esse violanda, dum ius ea laedendi prius fingenendum, quam ad laesionem eorum semetipsam determinat. Primo igitur non sine aliqua ideae iusti et iniusti contradictione adeoque resistentia etiam, iura illa violanda esse statuit, in quo est maxima iniustitia, maior etiam deinde futura, si, fieri *moraliter* non posse, viuide sentiens, ut animi decreta exequatur, ius aliquod sibi fingit, impune patrandi, quae sibi non licere, intime ab inicio cognitum atque perspectum habebat. Libere igitur iniustum preferat iusto eoque gratius peccat, quo magis ipsam iniustiam excusare atque constitutionem suam moralem in partes suas trahere allaborat. Quae cum ita sint, non mirum etiam, si, quod contigisse narrant Sacrae litterae, Spiritus illi mali, posteaquam, superbiae crimine commisso, a Deo moraliter defecerant, homines, ad simile peccatum impulerint. Scilicet ius suum fictitium exercet superbus, quotiescumque occasionem naetus fuerit.

P 2

oppor-

116 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

opportunam, iura illius, quem supra, sese extulit, violandi. Cum qua laesione, si aliorum felicitatis atque adeo perfectionis iactura coniuncta fuerit, ita ut, finem suum intentum obtainere nequeat superbia, nisi alias infelices etiam reddiderit, noua equidem ex hoc conflictu orietur resistentia, sed quae tamen nonnisi nouum superbiae addet robur, nouasque suppeditabit vires, quibus benevolentiae generalis atque erga alias amoris motus, vanos reddere possit. Sic, amore proprio etiam grauida incedit superbia spirituum, a sensuum atque imaginationis dominio liberorum, mox partum suum in lucem editura, simulac felicitas aliorum, ipsius desiderio repugnauerit. Quodsi vero, amor proprius semel ortus fuerit in animo superbi, non difficile tunc erit ad intelligendum, quantum valeat idem ad conservandam superbiam, ex instinctu ad perfectionem, ortam! Sed nobis potius ostendendum erit, quid faciat instinctus perfectionis ad nutriendam atque fouendam illam superbiam, quae proxime amori proprio suam debet originem.

§. XXXVII.

Desribendae igitur supersunt *causae* superbiae remota*e*, quarum aliae in hominibus ipsis, aliae extra eosdem deprehenduntur. Et inter priores quidem, instinctum perfectionis primum occupare locum, existimamus. Quamquam enim non simus neficii, quod Historia lapsus primorum parentum, quam Moses nobis consignatam reliquit atque Scriptores N. F. confirmant, nos credere iubeat, fuisse in primis desiderium maioris adipiscendae perfectionis, quod illos ad transgressionem legis diuinæ,

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE CET. 117

nae, cum superbia coniunctam, impulerit (b): aliter tamen de nobis pronunciandum esse censemus, in quorum animis, quos nonnisi illud felicitatis genus, quod a sensibus atque imaginatione oritur, mouere solet, in quo-

P 3 rnm

(b) Quicunque historiam lapsus attente perlegerit, non poterit non animaduertere, quod desiderium felicitatis quam sensus atque imaginatio promittere videbantur atque *impetus ad maiorem perfectionem*, caussae, primi, parentum, peccati fuerint. Scilicet *videbant*, pulchrum esse aspectu fructum prohibitum, sensationem ex eiusdem gustatu, gratissimam orituram, imaginatio vel ideo repraesentabat, quod serpens procul dubio eodem frui solebat; denique intellectus, vitium, ut loquuntur subreptionis, committens, ex intelligentia atque sapientia serpentis seu animalis, concludebat, idoneam esse arborum ad instillandam maiorem cognitionem. In qua coniunctione si errorem animaduerteris, ex hoc solo tamen corum peccatum eo minus deriuare licet, quo certius est, ipsa Mosis verba te edocere, quod duo illi vixdum indicati instigatus, caussae eiusdem fuerint,

cooperante errore. Nec dici potest, subfuisse igitur primos parentes aequo ac posteros ipsorum, imaginationis et sensuum imperio. Neque enim sine causa impellente externa peccarunt, neque etiam impetus ad maiorem perfectionem, quem in hominibus, prouti nunc sunt, et educatio et necessitas et religio denique excitare denuo solent, vires suas amiserat. Has potius tentator, erroris illius ope, fortiores reddere studebat, ad partes suas etiam vocando principium felicitatis. Quae vires simul summae facile debilitabant ideam iniustitiae, quam legem transgredientes, parraturi essent. Quid quod? uterque instinctus felicitatis atque adeo perfectionis mox ipsis persuadebat, iure quasi sub, se legem, cuius atque exinde oriundae obligationis, conscientiam, violare posse. Vnde apparet, quod transgressio ipsorum cum superbia quadam coniuncta etiam fuerit.

118 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

rum animis, inquam, instinctus ad perfectionem per educationem, per circumstantias externas, in quibus positi sumus, per religionem denique, denuo excitandus est. Ostendamus igitur, quo iure, impetum ad perfectionem caussam superbiae remotam, appellauerimus! Simulac nimirum impetus ille in homine, amoris proprii pleno, excitatus fuerit, vtetur eodem amor proprius tanquam medio, quo sibi meti se satisfacere possit. Quodsi ergo euentus responderit votis, ita vt, perfectiorem se reddiderit homo atque, (vt cum recentioribus nostris Philosophis loquar) numerum realitatum suarum auxerit; tunc vero nouas acquirat vires, amor proprius, sibi soli placens, et per eum quoque superbia (vid. §. 34.) quae in ipsis illis perfectionibus, ius aliquod, quo naturatur, iura aliorum laesura, eo citius appercipiet, quo magis idea iuris, praesenti statui mentis, perfectionis cupidae, conuenire videbitur (vid. not. v §. 34). Quod certissime eveniet, si primo ad perfectiones, quibus praeditus fuerit, homo, non aequa ad imperfectiones, assidue attenderit, ita vt illarum semper atque quavis occasione, harum fere nunquam recordetur; deinde, si alii eius perfectiones saepius admirati sint, ipsumque vel encomiis ornauerint vel vero praemiis cumulauerint. Quum porro impulsui ad perfectionem, hac in terra non sine labore quodam facere queamus satis: hinc fieri etiam solet, vt hac labore suas praetexant iniusticias homines atque vel ideo iura aliorum se iure quodam suo violare posse imaginentur. Denique comparatio cum aliis quotidie eum in finem repetita, vt, quanti iis excellentiores simus, cum voluptate animaduertere queamus, facile (per anted.) nobis persuadebit, praecellentiam in omnibus, nobis

bis competere. Sunt autem praeferunt triplicis generis perfectiones, quae hominibus, amore proprio plenis, occasionem plerumque suppeditant, iura aliorum, iure quodam suo, laedendi. Testatur nimurum experientia, quod *diuitiae* et ex iis oriunda potentia res magnas atque extraordinarias auspicandi, facile homines ad credendum impellant, *licere* sibi omnia, quae possint. Transit enim anima ab una cogitatione ad alteram facillime. Quod etiam secundo in illis obseruare licet, qui praे aliis, iuribus quibusdam aduentitiis praediti sunt atque auctoritate pollent. Quorum animi, a prima iuuentute, ad eiusmodi praerogatiwas, assueti, haud difficulter in eam incident cogitationem, nihil non sibi licitum esse. Idem plerumque illis accidere solet, quorum parentes vel meritis varii generis praeclari, vel vero iuribus aduentitiis insignibus praediti fuere, non tamen haereditariis. Haec enim, etiam si illa negligant, iure quodam suo ad se pertinere, sibi imaginantur nonnulli, atque vel ideo vsum horum iurium sibi denegari non posse clamant, vnde etiam, nullo, siue ad merita siue ad iura aliorum, respectu habito, ad eiusmodi munera quae dignitas atque auctoritas quaedam in vita civili comitari solet, non dicam adspicant, sed eadem ad se rapiunt; Huius superbiam in quibusdam familiis adhucdum obseruandae, Iudei olim rei fuere, quos prouidentia praे aliis populis, insignibus ornauerat priuilegiis.

Tertium denique genus perfectionum, quod generanda superbiae occasionem suppeditat amori proprio, scientias esse atque artes, norunt, omnes, mentis humanae cognitione non plane destituti. Quamquam enim in scientiis atque artibus ipsis in genere nihil insit, quod ad

teter-

120 CAP. III. IN QVO NOSTRĀ SUPERBIAE EIQUE

teterimum hoc vitium ducere queat, et praeterea etiam maxima, cuius homines hac in terra capaces sunt, eruditio, ita sit comparata, ut humilitatem potius quam superbiam procreatura videatur: vel ideo tamen vtraeque et artes et scientiae huic gignendae sufficiunt, quod amor proprius praecellentiam fectans, in iisdem bene multas detegere sibi videatur rationes, quarum ope semetipsum defendere queat. Est enim id genus perfectionum *in primis praeclarum atque insigne*, et plurimi eodem carent, et idem denique *multo nonnisi labore atque sudore* acquiri solet (c). Observandum praeterea, quod illi eruditi, qui in hac vel illa scientia, aliis excellunt, in reliquis autem non multum profecerunt, in primis ii sint, quos amor proprius reddit superbos. Quum enim facilius sit in uno quam in multis generibus alios antecellere, fieri omnino solet, ut qui v. g. studio linguae latinae, aut aliis cuiuscumque generis scientiae particulari totus incubuit, alios, si de eodem studiorum genere sermo fuerit, longo post se relinquat interuallo. Quae praecellentia insignis hominem amore proprio plenum ita percellere solet, ut iure quodam suo se alios contemnere, atque eorum siue eruditio siue merita pro nihilo habere posse statuat conf. §. 29). Ex qua observatione *pedantismus*, vt vocant, quorundam eruditorum atque artificum explicari potest, quem

(c) Vnde, quid sibi velint verba Apolloli η γνωσις φυσι, η δε αγαπη εικοδουει (conf. I Cor. VIII. 1.) patet. Oppositio enim satis indicat, quod Paulus non de *scientia* in genere, sed de illa, qua cum,

proximi amor non fuerit coniunctus, loquatur. Quod ipsum supponere videtur, amore proprio plenum esse hominem, atque scientiam eundem nutritre, quin superbiae gignendae occasionem praebere.

quem ignorantia aliarum scientiarum, qua, qui vni solum totos se tradiderunt, laborent necesse est, fouere sollet. Et testatur experientia quod veri nominis erudit, qui propter humani ingenii imbecillitatem atque breuem vitae nostrae durationem, yni scientiae in primis quidem incumbunt, sed ita, ut ob intimam quae inter omnes intercedit, cognitionem, reliquas non omnino negligant, testatur, inquam, experientia, quod hi non aequae ac priores illi, ad superbiam proclives sint. Omnes enim scientias atque artes vel ideo magni aestimant, quod absque iisdem ne summum quidem in sua arte gradum attingere posse, noscant (d). Non ignorant praererea ad modum priorum, quid quantumque ad quamvis scientiam requiratur siue studii siue adeo laboris. Nec denique eos aequae ac illos latet, quam amplius sit cognitionis humanae campus, et quam multa cognoscenda supersint illi etiam, qui plurima nouerit. Ex quibus omnibus concludere liceat, quod *falsa eruditio non minus quam crassa ignorantia ad superbiam ducat.*

Quodsi vero impulsui ad perfectionem, varia obsterint impedimenta, quo minus eidem satisfacere queat homo; tunc superbiae vitium eo citius orietur, quo magis constat, omnes affectus, resistentia reddi fortiores, ita ut, quas desideramus perfectiones, omni modo vel ob-

Quod si enim emendare supra

(d) Videas contra artifices multos in arte sua optime versatos, et omni simili facultate destitutos, eandem alias docendi. Scilicet ingenio pror-

fus carent philosophico, sine quo scientia aut arte quacunque ne illum quidem ita influit, ut multum in ea proficeret queat.

122 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

tinere studeamus, vel si hoc nunquam fieri possit, iure tamen ad eas obtinendas, gaudere, credamus (e).

§. XXXVIII.

Praeter hanc vero, de qua haetenus egimus, superbiae caussam remotam, alias in ipsis hominibus atque etiam in spiritibus finitis in genere iuuenire licet. Qui omnes, cum vel ideo, quod limitibus suis circumscriptae sint eorum vires, nonnisi successu temporis perfici queunt, variis obnoxii deprehenduntur mutationibus. Errare possunt, atque ipse ad perfectionem et felicitatem impulsus, quin ipsa eorum constitutio moralis occasionem dignendi atque fouendi errorem, praebere possunt. Quod, quantum ad procreandam vel conseruandam superbiā faciat, ex superioribus constare, existimamus. Deinde vel ob impulsū ad felicitatem fieri potest, vt libertate sua abutantur spiritus finiti, atque iniustum praeferant iusto. Est enim illius impulsus natura sita comparata vt ipsi simulac excitatus fuerit, fieri oporteat satis. Exercitio igitur opus est atque attentione, vsu etiam perficienda, vt ne idem impulsus in sensum iusti et iniusti domini-

netur

(e) Dantur nonnunquam iuuenes, magna, discendi cupiditate, diuersas tamen obcaussas, flagrantēs, quibus, si pro officiī tui ratione, dixeris, viribus, eos ad incumbendum literis, destitutos esse, necessariis, nouum nonnisi addidēris calcar. Scilicet impetus ad perfectionem, quam anhelant, tam fortis est atque animum

ipforū ita tener occupatum, vt quod velint, se posse etiam sibi imaginentur. Cui desiderio si reffiteris, augebitur idem atque iuuenibus istis facile persuadēbit, se iure quodam suo ei satisfacere, posse, cum nihil magis iustum atque adeo leude dignum sit quam semet ipsum perficere velle.

netur vñquam, sed contra. Vnde facile est ad intelligendum, qui fieri possit, vt, priusquam spiritus habitum illum acquisuerint, ad superbiae vitium committendum incitentur.

§. XXXIX.

Et dantur diuersae caussae extra hominem atque spiritus in genere, quae vtrosque ad superbiam ducere posse videntur. Inter has, quas breuiter tantum recensēbimus, perfectiones aliorum maiores atque iura etiam referimus. Quae quomodo, homini, amore proprio, pleno, superbiam instillare possint, quiuis statim intelliget, simulac, quod vtraque amori proprio resistere vel videantur vel vero omnino contraria sint, obseruauerit. Quo maior itaque amor proprius adhucdum fuerit, eo certius continget, vt has perfectiones atque iura agnoscerre nolit, vel si, obloquente sensu interno atque contradicentibus aliis, agnouerit, praecellentiam tamen eorum, qui iis praediti sunt, nunquam sua sponte concedat, sed iure quodam suo, se iura illorum violare posse existimet (f). Quemadmodum itaque ignorantia plerumque amorem proprium sustinet atque conseruat: ita hic illam

Q 2

quo-

(f) Apposite igitur et rei naturae conuenienter B. abb^tius in erudito suo quem, *de merito scriptis libro*, ad hominem, meritis praeclarum requirit, vt sit *benevolentia atque amore vniuersali plenus*. Quum enim recte dicatur quod homines meritis praeclari, me-

rita aliorum, soli, magni aestimare soleant, amor vero proprius, quo minus hoc fiat, impedit, sequitur, vt benevolentia vniuersali praeditus sit, quem in numerum eorum, qui meritis polleant, referre volueris.

quoque fouere ac nutrire potest. Deinde etiam ex antecedentibus patet, quod defectus iurium aduentitiorum, superbiam eodem modo excitare possit, quo quidem possessio eorundem, in numerum caussarum, quae vitium istud gignere soleant, relata a nobis fuit. Hinc fere totidem superbos, plebem inter videoas, quot in societate illorum, qui auctoritate pollent, animaduertere licet. Possunt autem aliorum atque adeo Dei perfectiones et iura non hominibus solum sed spiritibus etiam amore proprio adhucdum liberis, committendi superbiae crimen, occasionem suppeditare. Est enim in hisce, impulsus ad perfectionem longe fortissimus, iustumque et rectum esse sentiunt iidem, illi ut satisfaciant. Nec tamen vel ob virium suarum limites, vel ob iura Dei, scopum intentum semper consequi se posse animaduertunt. Quodsi itaque habitum nondum acquisuerint, coercendi ope ideae iusti et iniusti, instinatum ad perfectionem cet. fieri poterit facilime, ut iura Dei laedenda esse decernant, atque vel ideo etiam iure suo laedere posse existimant, quod natura eos edocere videatur, iustum esse, ut maiores quotidie acquirant perfectiones.

§. XL.

Soluisse igitur mihi videor nodum, quem Cl. MOSHEMIVS secundum esse, existimauit, in hominis qualis, natura, reperiiri posse aliquid, negans, ex quo originem superbiae explicare queamus. Quae opinio apud hunc Virum Magnum tantum valuit, ut, quin Satanam, quem primum superbiae criminis reum fuisse, testantur Sacrae litterae, superbiae nostrae caussam atque Auctorem declararet, nullus dubitauerit. Sic enim Tom. IV. Ethic-

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE, CET. 125

Ethices suae Christianae p. 275 seq. loquitur: Nach meiner Einsicht ist dieser Stoltz unsers Hertzens, der uns noch viel eher quälet, als wir ihn kennen, einer der kläresten und größtesten Beweisthümer, daß unsre Natur durch einen fremden Zusatz sey verunreinigt und verdorben worden. Ich bemühe mich umsonst, so scharf ich auch nachsinne, etwas in der Natur der Menschen zu finden, woraus ich ihn herleiten könnte. Fast alle unsre übrigen Laster, Begierden und Unvollkommenheiten haben ihren Grund in dem Wesen des Menschen, und hängen auf gewisse Weise an denjenigen Neigungen und Trieben, die uns die Weisheit GÖtes eingepflanzt hat. Es sind Auschweifungen und unordentliche Ausbrüche solcher Regungen und Neigungen womit Geschöpfe, die sich selbst erhalten und in einer Gemeinschaft leben sollen, haben müssen versehen werden. Lasset uns von der Ehrsucht, von der Wollust, von dem Geitze, von der Rachbegierde und von vielen andren Lastern, dasjenige absondern, was uns und andern schädlich ist, so bleibt etwas übrig, das wir als ein nöthiges Stück unsrer Natur ansehen und als eine Gabe des Schöpfers verehren müssen. Allein der Hochmuth der Natur gleicht einer Pflanze, die sich ohne Wurzel durch sich selbst erhält. Er lebet und regieret in unsfern Hertzen. Er versäßt alle unsre Tugenden. Er vermenget sich mit allen unsren Lastern und vergrößert sie. Er bleibt bey uns, wenn sich alle unsren übrigen Lüste von uns geschieden haben. Und doch suchen wir vergebens, wenn wir in uns selbst die Ursachen seines Ursprungs und die Mittel seines Unterhalts finden wollen cet. quam opinionem p. 313. sq. hoc argumento

Q 3

mento

126 CAP. III. IN QVO NOSTRA SUPERBIAE EIQUE

mento confirmare voluit: Niemand wird läugnen, daß eine Neigung, die in Ansehen ihres Ursprungs thöricht und unvernünftig und in Ansehen ihrer Wirkungen eine Plage und Pest der Welt ist, aus der Natur, insoweit dieselbe von GOtt kommt, nicht entspringen könne. Quod argumentum duobus vitiis laborare et plus non solum, sed minus etiam ac par est, probare videtur. Quis enim primo negauerit, multa dari vitia, auaritiam v. g. vindictae, cui nunquam fieri potest satis, cupiditatem, cet., quis, inquam, haec aliaque vitia, sanae rationi contrariari et quoad effectus exinde oriundos, pestes mundi hominumque esse, negauerit? quae tamen, Sathanae immediate tribuere velle, vel Sacris litteris repugnaret. Sed minus etiam probare videtur idem argumentum. Etiamsi enim lubentes concedamus, quod superbia *toti* hominis *constitutioni morali* contraria sit, et eatenus etiam ex natura, quatenus Deum Autorem veneratur, explicari nequeat; exinde tamen concludere non licebit, quod Diabolo suam debeat originem. Datur enim adhuc tertium et quartum etiam principium, ex quo eadem deriuari possit. Quodsi nimirum meminerimus, posse constitutionem moralem, ab hominibus, tanquam creaturis libere agentibus peruersti, hominumque naturam praeterea corruptam et ad amorem proprium procluem esse, iam dupli ratione, superbiae originem absque Diaboli concursum, ex ipso hominis natura explicari posse, arbitramur.

§. XLI.

Ad media tandem peruenimus, quae vel impedire possunt, quo minus homines reddantur superbi, vel vero

OPPOSITAE HVMILITATIS CHRISTIANAE CET. 127

ro eosdem, a funesto hoc animi morbo liberare queunt. De hominibus igitur non aequo de spiritibus sanandis, im- posterum nobis sermo erit. Non enim ii sumus, qui ad quæstionem: possintne spiritus illi mali a superbia li- berari: respondere audeamus, quum natura atque vi- res ipsorum et denique circumstantiae externæ, in quibus a Deo positi sunt, non ita nobis cognitae atque per- spectae sint, vt certi aliquid, de eorum sanatione de- cerni queat. Quodsi vero de mediis cogitamus, quibus homines vel a superbiae morbo seruari, vel ab eodem liberari possint; ante omnia monendum, de mediis ex- traordinariis nobis sermonem non esse, quae Deus ipse, pro sua sapientia atque omnipotentia, adhibere possit, ad tollendam ex animo hominum radicem superbiae sive adeo superbiam ipsam. Accidere enim aliquando vide- tur, vt, quos antea maximum superbiae gradum atti- gisse credebamus, mediisque ordinariis corrigeret et ad sanam mentem redigere nemo poterat, subito, Deo rem ita dirigente, humillimi euaderent. Et hos tamen ex illorum numero excludere prope auderemus, qui sum- mum, quem homines possunt, superbiae gradum atti- gerunt, quum, teste euentu, ad gratiam Dei sua sponte confugerint. Requirere enim videtur eiusmodi super- biae crimen, quo, aliud nullum magis proaereticum da- tur, vt Deus, pro ea qua pollet, sanctitate atque iusti- tia, illi, qui eodem se se contaminauit, gratiam nullam offerat, sed quasi expectet, vt superbis eandem sub- misse quaerat. At vero! quid tali superbiae, qualem iam supponimus, magis repugnat, ac quidem refugium ad gratiam diuinam? Quae cum ita sint, non multis

ver-

verborum ambagibus indiget, ad demonstrandum, quod nihil difficilis esse videatur, quam quidem media proponere atque usum eorum docere, quibus superbis fanari queat. Etiam si enim media sint longe efficacissima, tibique optime nota, vereor tamen, ut iis, cum successu optato, uti possis. Respuit enim media omnia superbis, simulac vitium superbiae totum suum occupavit animum, respuit in primis manum medici ex hominibus desumti. Nec minae, quibus ab aliis vitiis absterreri possunt homines et ad medicos suos audiendos proclives reddi, aliquid apud illum valent, quem vel species resistentiae magis redderet superbum. Denique ex iis, quae de effectibus superbiae dicta sunt satis patet, quod omnibus illis adminiculis, quae tollendis aliis vitiis, ex erroribus quibusdam, praesertim ortis, inseruiunt, frustra terremur, superbum扇naturi, qui ipsam constitutionem moralem ad partes suas trahere studet, eo momento, quo eam animo deliberato peruertere al laborat. Sed locuti sumus hactenus de maximo superbiae gradu! Dantur vero alii, qui se superbiae seruituti eum tantum in finem addicunt, ut vel aliis vitiis, quae totum ipsorum animum occupauerunt, satisfaciant, vel vero amori proprio in iis dominanti aliquando inseruiant. Hi, cessante utriusque imperio, superbiae etiam renunciabunt, ita ut facile appareat, nostrum in primis esse, media indicare idonea, quae impediunt, quo minus amor proprius superbiam generare queat. Quod cum dupli ratione fieri possit, vel debilitando eius vires, vel radicitus tollendo eundem, videamus nunc, quid faciant sanæ rationis atque religionis Christianæ principia, ad obtainendum utrumque finem.

§. XLII.

§. XLII.

Consulet itaque sana ratio omnium primo, vt, si mulac fieri potest, amoris proprii vires debilitemus, atque in primis vitae annis arduum hoc opus aggrediamur. Parentum igitur est, omnia media sedulo addiscere, omnique diligentia adhibere, quae huic fini obtinendo inferuire queunt. Neque hi, quod plerumque sive a stupidis, sive a negligentibus, sive tandem a *vitiis* parentibus, fieri videoas, laborem hunc, tantis praemiis remunerandum, extimescere deberent vñquam. Excident ergo iidem quavis data occasione, latitantem in animis infantum ideam iusti et iniusti, eamque indies magis magisque viuidam reddere studeant, ita vt mox oriatur in teneris cordibus, sensus aliquis moralis, qui infantes mature impeditat, quo minus aliquid pro pulchro, honesto, perfecto denique ac grato habeant, quod non simul sit iustum. *Laudent actiones* infantum *rectas*, vt ne abiectus in iis oriatur animus, virtutem ac vitium inter se inuicem miscens atque superbia grauidens, (p. §.) sed nunquam talem comparationem cum aliorum infantum sive imperfectionibus sive vitiis instituant, quae suos ad praecellentiam suam pree illis non possit non reddere attentos. Est enim amoris proprii natura ita comparata, vt nosmet quavis ratione aliis excellentiores reddere velit. Nutrides igitur eundem, talibus comparationibus saepius vtens. Vicia porro, quae commisit infans, numquani non ipsi monstres, atque turpitudinem ipsorum et ingratias sequelas non physicas solum *sed et morales* *praesertim* eidem ob oculos ponas, ita vt, perfections quibus alios longo post se relinquunt intervallo sentiens, mox etiam assuecat ideae, suae, cum aliis sive similitudinis sive adeo:

R

aequa-

130 CAP. III. IN QVO NOSTRA SVPERBIAE EIQUE

aequalitatis. De iuribus tuis aduentitiis, quibus praeditus es, vel parentes tui donati fuere, nunquam infante tuo praesente atque audiente loquaris velim, nisi fortasse infans tuus eos iamiam attigerit annos, eaque gaudeat rationis facultate, cuius ope de laboribus atque meritis parentum, quos illa aliquando nec tamen semper comitari solent, iudicare valeat. Et tamen caute de eiusmodi iuribus loquendum, ut ne existimet infans, amore proprio plenus, *haereditaria* esse eadem. Quae cogitatio quantum blandiatur atque adeo placeat amori proprio ex superioribus et vel me non monente satis patet. Quodsi autem iura illa omnino fuerint *haereditaria*, de arduo eorum scopo, de officiis grauissimis, quae imponant eadem, in primis vero de obligatione hominis, iura naturalia a naturae Auctore concessa, illis praferendi, cum infante tuo sedulo loquendum. Posteriori ut fiat, naturalis horum *praecellentia* infanti demonstrandi, atque, quam parum illa nos perfuerent atque feliciores redderent, his sublatis, eidem ostendendum. Quapropter aequalitatis nostrae idea sollicite excitanda atque fouenda, qua in re quid valeat Religio Christiana deinceps videbimus. Huic aequalitati atque exinde oriundis iuribus communibus amor proprius plerumque, maiores, quibus alios antecellimus, perfectiones opponere solet, ita ut haud difficulter persuadeat sibi homo, perfectiones suas, quibus praeditus est, maiores, ius ipsi concedere ad iura aduentitia maiora. Quae cogitatio, simulac animum occupauit, quantum faciat ad excitandam superbiam, non ignorant illi, quibus contigit, superbos aliquos prouectioris aeratis, curatius nosse. Interest igitur vel maxime, ut infans tuus mox addiscat, quod nihil magis *erroneum* sit nihil quod ideae

-SB028

ideae iusti et iniusti magis repugnet atque magis periculo plenum, ac quidem cogitatio illa, qua posita, ius aliorum naturale, iura aduenitiae conferendi tollatur, atque ordo et tranquillitas publica turbentur, denique ipsa animi quies ceflet, oporteat. Quibus principiis, si animus infantis, a primo, quo ratione vti incipit, momento, probe fuerit imbutus, non poterit non amor proprius, *resistentiam nondum percipiens, multum debilitari.* Quodsi vero diutius expectaueris, ita vt amor proprius, principiis contrariis munitus incedat, tunc vero incassum laborabis, operamque omnem atque oleum perdes.

§. XLIII.

Proposuimus haec tenus media, quae fana ratio indicat ad debilitandas amoris proprii vires. Neque tamen eadem omnem huic adiment vim, neque ita sunt compara-ta, vt desiderium felicitatis moralis semper vincat illud, quod felicitas a sensibus et imaginatione pendens, in homine, prouti nunc est, excitare solet. Aliis itaque opus est, quibus, constitutio nostra moralis, post lapsum turbata, iterum restituatur, sic vt, orta in animis nostris alios amandi cupiditate, aequali, illi, qua ad nosmetipso amandos ferimur, ceflet, teste Apostolo, causa superbiae primaria atque locum concedat primo atque praecipuo humilitatis principio (g). Quo in negotio eiusmodi mediis sine armis non vtendum, quae amorem proprium directe atque immediate adoriantur. Quod si fieret, amorem proprium, resistentia, procul dubio augeret.

R 2 remus,

(g) conf. i Cor. XIII. y. 4. η αγαπη ου φυσιοτατης amor superbia non inflatur.

remus, eique nouas adderemus vires. Frustra igitur homini amore proprio pleno, benevolentiam seu amorem vniuersalem, frustra, superbo, humilitatem commendares, nisi prius alio modo vtrumque praeparaueris ad intelligenda atque adeo gustanda tua praecepta. Hanc itaque methodum etiam secutus est Spiritus, qui, in Sacris litteris, loquitur, diuinus. Quum enim animaduerteret, homini, aegroto simili, qui morbum suum fouet, eiusmodi remedia non esse offerenda, quae morbus, quo laborat, sua natura respuat, talia propofuit, quae primo intuitu, amori proprio blandiri videntur, ita vero comparata sunt, vt homo periculum quod ipsi imminet, sentiens, atque benevolum Medici erga se animum appercipiens, mox ipse a morbo, quem haetenus souere studuit, liberari vehementius etiam desideret. Edocet nimirum Christiana religio, quod alia nulla potuit, edocet, inquam, hominem, amorem Dei erga genus humananum esse tenerrimum atque adeo magnum vt verbis idem exprimi nequeat vñquam. Soluit hunc in finem problema illud, a ratione, sibi soli relieta, non soluendum, de miseriae, qua premimur, origine, quam non a Deo sed ab hominibus repetit, atque simul nos suspicari, quin credere iubet, Deum, lapsum primorum parentum permittentem, a maiori calamitate nos tutos seruasse. Ostendit denique, qua ratione, Deus, ipsa nostra miseria, ipsi non imputanda, vtatur, maximam nostram vt procuret felicitatem moralem. Quodsi enim haec, viuida inprimis nostrae a Deo dependentiae agnitione et vita huic conformi nitatur, fatendum, magis nihil istam promouere agnitionem atque adeo dependentiae nostrae sensum, ac quidem intimam defectus virium ad virtutem neces-

necessiarum conscientiam. Et promisit Deus nobis miserrimis gratiam Spiritus sui, corroborantem, qua carnem eiusque concupiscentias vincere, vitamque moralē, quae nos ad maximum felicitatis fastigium euehat, agere possimus. Omnia igitur Deus pro nobis fecit, plura etiam ac quidem amor proprius ipse ab eo expectaverit. Quem haec, Sacrae litterae edocuerunt, nae is, vel amore proprio iubente, atque instinctu ad felicitatem vehementius impellente, ad hunc amorem diuinum confugiet, ut eius reddatur particeps. Nec excludit illum a suo amore Deus, qui eo frui cupit. Quotidie potius eo maiora quicquid animaduertet fauoris diuini erga se indica, quo magis creuerit eorum desiderium. Nec otiosum sinet tantus amor, quem semel tenet occupatum, sed vel ipse amorem peccatoris erga Deum excitabit, vires necessarias etiam suppeditando, quibus semetipsum atque adeo mundum vincere possit. Qui amor, simulac ortus fuerit, aliorum amore grauidus incedit, omniaque impedimenta tollens, quibus antea fieri solebat, ut nobis ipsis solis placentes, alios contemneremus, nouam principiis illis ethicis, ad benevolentiam generalem nos ducentibus, de quibus supra, vim addit atque robur. Neque enim permittit amor aliorum ut eos laedamus, nedum iura ipsorum violandi ius nobis tribuamus; neque amor erga Deum, Deo placere studens in omnibus atque affectu plenus, nos ullam actionem prius committere vel perfectionem aliquam anhelare sinet, quam indagauerimus, iustumne sit nec ne, eam patrare aut acquirere. Qui igitur fieri posset, ut iura aliorum laedendi occasionem nancisceretur is, cui iura aliorum vel ideo nunquam obstant, quod ea semper reueretur?

Quum

Quum denique Deus amorein suum testatus sit in Christo Iesu, atque omnia, quae nobis largiri decreuit beneficia, per et propter diuinum hunc Mediatorem offerat; miseriae quid quod indignitatis sensum acut idem amor, atque impedit, quo minus mens perfectionibus suis plena, ad superbiam incitetur, sed contra cogitationi omnimodaue sua Dei gratia dependentiae, ita affuescat, ut, quamdiu suae fibimet conscientia fuerit, praesenti eius dispositioni nihil magis repugnet ac quidem superbia, nihil magis conueniat ac vero humilitas. Quam consideratio quotidie repetita, humilitatis atque modestiae in Christo Iesu obseruandae, augebit, habitumque illum in nobis generabit, ex quo concludere possumus sine erroris periculo, Deum nos tandem aliquando exaltaturum esse.


T A N T V M .



ERRATA.

- P. 3 §. 3 l. 6 modo vero l. modo
- 5 §. 4 l. 4 Ethtricos l. Ethicos
- 11 in n. l. 21 nec l. et
 ibid. l. 29 prauia l. prauia
- 18 n. x l. 6 formae. leg. formare
- 20 §. 8 l. 5 post habita l. posthabita
- 22 l. 12 capiamus l. cupiamus
- 24 §. 10 l. 2 nec l. non
- 26 l. 2 ettiam l. etiam
- 27 l. 1 dem l. dam
- 39 l. ult. in commodo l. incommod.
- 46 l. 10 reliqui l. reliqui
- 51 l. 26 videndur l. videntur
- 64 l. 14 animadueteret l. animadueteret
- 69 l. 26 agnoscens l. agnoueris
- 71 n. m I. 18 ταπεινωθεται l. ταπεινωθηται
- 78 l. 14 dotum l. dotium
- 93 l. 19 peccata l. peccato
 ibid. l. 28 vti itatein l. vtilitatem
- 97 n. n multas l. multos
- 109 n. t. Flacette l. Placette
- 120 l. 1 vitinm l. vitium
- ead. l. 16 alii l. ali





B6 279 a

ULB Halle
005 368 820

3



B.I.G.

Farbkarte #13



CA INAVGVRALIS
URBIA
MILITATE
ANA

MONVMINE
VICENTISSIMO
NTISSIONE PRINCIPE
TINO
DERICO II
RAVIO, RELIQ.
ME VENERABILI
M ORDINE
ET GRADU
. cccclxviii
CERVM DISQVISITIONI
TIT
M. ROBERT
ORD. ET ALVMNORVM
EPHORVS
ENTE
DORO CNYRIM
- HASSO.
VRGI
APHICA MÜLLERIANA,